Quoniã rectus dominꝰ deꝰ
noſter: et nõ eſt iniquitas in
eo. ⁊ nõ dicitur Gloꝛia patri.
ſed añã repetit̃. Interim põ
tifex accepta mitra facit cru
ces cũ pollice de eodem oleo
cathecuminoꝛũ in eiſdem lo
cis altaris dicẽs: dum ſingu
las cruces facit.

Sancti ✠ ficet̃ ⁊ conſecre
tur lapis iſte. in nõie pa
tris ⁊ filij et ſpiritus ſancti. ĩ
honoꝛez dei: ⁊ gloꝛioſe virgi
nis Marie: ac omniũ ſancto
rum: et memoꝛiaʒ ſancti talis
pax tibi. Deinde pontifex im
ponit incenſuʒ in thuribuluʒ
⁊ ipſum benedicit: et accepto
thuribulo a ſacerdote altare
incenſante: cũ mitra inchoat
ſcola ſeu miniſtris ꝓſequen
tibus Reſponſoꝛium.

Dirigat̃ oꝛatio mea ſicut ĩ
cenſum in cõſpectu tuo
dñe. ℣. Eleuatio manuũ mea
rũ ſacrificium veſpertinum.
Quo incepto circuit iterũ ſe
mel altare ad dextrã illud in
cenſando: quo facto reſtituit
thuribulũ ſacerdoti: ⁊ depo
ſita mitra dicit. Oꝛemꝰ. ⁊ mi
niſtri. Flectamꝰ genua leuate

Adeſto domine dedicatio
ni huius menſe tue: et in
eã que a nobis indignis ſan
cto linita eſt oleo: bene ✠ di
ctionis ⁊ ſancti ✠ ficationis
tue virtutez et conſecrationẽ
infunde: qui viuis et regnas
deus per oĩa ſecula ſeculoꝛũ.
℟. Amen. Alia oĩo. Oꝛemꝰ.

Omnipotens ſempiterne
deꝰ: altare hoc qḋ in ho
noꝛe tuo ⁊ in memoꝛia viſita
tionis ſcti tui talis et omniũ
ſanctoꝝ tuoꝛũ indigni dica
mus: virtute tue benedictio
nis ſancti ✠ fica: ⁊ omnibꝰ te
hic inuocantibꝰ atqꝫ in te ſpe
rantibꝰ auxilij tui munꝰ oſtẽ
de: ⁊ huic altari impoſita mu
nera ſemꝑ accepta facere dig
neris: vt et in eo ſacramento
rum virtus et votoꝝ ſemper
obtineat̃ effectꝰ. Per chꝛiſtuʒ
dñm noſtrũ. ℟. Amen. Dein
de pontifex accepta mitra in
cipit ⁊ ſcola ſeu miniſtri ꝓſe
quunt̃ antiphonã.

Unxit te deus deꝰ tuꝰ oleo
leticie pꝛe ꝯſoꝛtibꝰ tuis.
Eructauit coꝛ meũ ps.
verbuʒ bonũ: dico ego
opera mea regi. Repetit̃ añã.
Ligua mea calamꝰ ſcribe: ve
lociter ſcribẽtis. Añã repetit̃
Specioſꝰ foꝛma pꝛe filijs ho
minũ diffuſa eſt gratia in la
bijs tuis: ꝓpterea bñdixit te
deus ineternũ. Repetit̃ añã.
Accingere gladio tuo ſuper
femur tuũ potentiſſime. An
tiphona repetitur.
Specie tua et pulchꝛitudine

tua: intēde proſpere ꝓcede et
regna. Repetit̄ antiphona.
Propter veritatē ⁊ māſuetu-
dinē ⁊ iuſticiā: deducet te mi-
rabilit̄ dextera tua Añ repetit̄
Sagitte tue acute ꝑpl'i ſub te
cadent: in corda inimicoꝝ re-
gis. Repetit̄ antiphona.
Sedes tua deus in ſeculū ſe-
culi: virga directionis virga
regni tui. Aña repetitur.
Dilexiſti iuſticiā ⁊ odiſti ini
quitatez: ꝓpterea vnxit te de⁹
deus tu⁹ oleo leticie: pre ɔſor
tibus tuis. Repetit̄ aña.
Mirrha ⁊ gutta ⁊ caſſia a ve-
ſtimētis tuis a domib⁹ ebur-
neis: ex qb⁹ delectauerūt te fi
lie regum in honore tuo.
tiphona repetitur.
Aſtitit regina a dextris tuis
in veſtitu deaurato circūda-
ta varietate. Repetit̄ aña.
Audi filia ⁊ vide ⁊ īclina au-
rē tuā: et obliuiſcē ꝑpl'm tuū:
⁊ domū pr̄is tui. Aña repetit̄
Et ɔcupiſcet rex decorē tuū:
qm̄ ipſe eſt dn̄s deus tuus ⁊
adorabūt eū. Repetit̄ aña.
Et filij tyri ī munerib⁹ vul-
tum tuū depcabunt̄: omnes
diuites plebis. Aña repetit̄.
Omnis gl'ia ei⁹ filie regis ab
intus: in fimbrijs aureis cir-
cūamicta varietatib⁹. Repeti
tur antiphona.
Adducent̄ regi v̄gines poſt
eam: proxime eius afferentur
tibi. Antiphona repetit̄.
Afferētur in leticia ⁊ exulta-
tione: adducentur in templū
regis. Repetitur antiphona.
Pro patrib⁹ tuis nati ſunt ti
bi filij: ɔſtitues eos pn̄cipes
ſup oēm terrā. Aña repetitur
Memor ero nōis tui dn̄e: in
omni generatiōe ⁊ generatio
nem. Repetitur antiphona.
Propterea populi ɔfitebun-
tur tibi ineternū: ⁊ in ſeculuz
ſeculi. ⁊ nō dicitur Gloria pr̄i
ſȝ aña repetitur. Interim dū
aña ⁊ ps. dicūtur pōtifex fa-
cit cruces de chriſmate ſacto
cū pollice dextre man⁹ in me-
dio tabule altaris ⁊ in q̄tuor
eius angulis iterū et eo ordi-
ne vt prius ad quālibet cru-
cem dicens.
Sancti ✠ ficetur ⁊ cōſecre
tur lapis iſte. in nomine
patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti
in honorez dei ⁊ glorioſe vir-
ginis Marie: ac omniuz ſan-
ctorū: ad nomen ⁊ memoriaz
ſancti talis pax tibi. Deinde
pontifex imponit incenſuz in
thuribulū et illum benedicit
et accepto thuribulo a ſacer-
dote altare incenſante cū mi-
tra: icboat ſcola ſeu miniſtris
ꝓſequentib⁹ reſponſoriū.
Dirigat̄ oratio mea ſicut
incenſuz in ɔſpectu tuo

dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ ſacrificiuȝ veſptinũ. Quo incepto circuit iterũ ſemel altare ad ſiniſtrã illud incẽſanſ quo incenſato reſtituto thuribulo ſacerdoti ⁊ añа finita: depoſita mitra dicit Oremꝰ. ⁊ miniſtri. Flectamus genua Leuate.

Deſcẽdat q̃s dñe deus nr̃ ſpũs tuꝰ ſup hoc altare q ⁊ dona nr̃a: ⁊ populũ tuũ ĩ eo ſanctificet: ⁊ ſumentiũ corda dignanter emũdet. p xp̃m dñm nr̃m. ℟. Amen. Qua dicta pontifex accepta mitra inchoat ſcola ſeu miniſtris ꝓſequentibꝰ antiphonã.

Sanctificauit dñs tabernaculũ ſuũ: ⁊ hec eſt domus dei: in qua ĩuocet̃ nomẽ eiꝰ. de qua ſcriptũ ẽ: Erit nomen meũ ibi dicit dñs. ps.

Deus noſter refugiũ ⁊ virtus: adiutor in tribulationibꝰ que inuenerũt nos nimis. Repetit̃ antiphona.

Propterea non timebimꝰ dũ turbabit̃ terra: ⁊ trãſferet̃ mõtes ĩ cor maris. Añа repetit̃.

Sonuerũt ⁊ turbate ſunt aq̃ eorũ: ↄturbati ſũt montes in fortitudine eiꝰ. Repetit̃ añа.

Fluminis ĩpetꝰ letificat ciuitatẽ dei: ſc̃ificauit tabernaculũ ſuũ altiſſimꝰ. Añа repetit̃.

Deus ĩ medio eiꝰ nõ cõmouebit̃: adiuuabit eaȝ deus mane diluculo. Repetitur añа.

Cõturbate ſũt gẽtes ⁊ ĩclinata ſunt regna: dedit vocẽ ſuã mota eſt terra. Añа repetitur

Dñs ṽtutũ nobiſcũ: ſuſceptor nr̃ deꝰ iacob. Repetit̃ añа.

Uenite ⁊ videte opa dñi que poſuit ꝓdigia ſup terrã: auferens bella vſq3 ad finẽ terre.

Antiphona repetit̃.

Arcũ ↄteret ⁊ ↄfringet: arma ⁊ ſcuta ↄburet igni. repetit̃ añ

Uacate ⁊ videte qm̃ ego ſum deꝰ: exaltabor ĩ gentibꝰ ⁊ exaltabor in terra. Añа repetitur

Dominus virtutũ nobiſcũ: ſuſceptor noſter deus iacob. ⁊ nõ dicitur Gloria patri. ſed añа repetit̃. Interim vero dũ dicitur añа et pſalmꝰ p̃dicti. Pontifex ſtans cũ mitra fundit ⁊ ſpargit oleũ cathecuminorũ ⁊ chriſma ſup altare cõfricans: liniens ⁊ perungens totuȝ altare mãu dextra: quo facto ĩcipit ſcola ſeu miſtris ꝓſequentibus antiphonã.

Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni: cui benedixit dñs: creſcere te faciat deus meꝰ: ſicut arenã maris: ⁊ donet tibi de roze celi benedictionem. pſalmus.

Fundamẽta eiꝰ in mõtibꝰ ſctis: diligit dñs portas ſyõ ſup oĩa tabnacula iacob.

Glorioſa dicta ſunt de te ci-
uitas dei.
Memor ero raab et babylo-
nis: ſcientium me.
Ecce alienigene ꝛ tyrꝰ et po-
pulꝰ ethiopū: hij fuerūt illic.
Nūquid ſyon dicet homo et
homo natus eſt in ea: et ipſe
fundauit eam altiſſimus.
Dominꝰ narrabit in ſcriptu-
ris populoꝝ: ꝛ principū ho-
rum qui fuerunt in ea.
Sicut letantiū omniū: habi-
tatio eſt in te. ꝛ nō dicit Glo-
ria patri. Finito pſalmo pon-
tifex ſtans cū mitra dicit.

Lapidem hunc fratres ca-
riſſimi ī quo vnguentuꝫ
ſacre vnctiōis effunditur: ad
ſuſcipiēda populi ſui vota et
ſacrificia oremus: vt dñs cō-
ſecret atqꝫ benedicat: ꝛ qđ eſt
vnctū a nobis: ſit vnctum in
nomine eius: vt plebis vota
ſuſcipiat ꝛ altari ꝑ ſacraꝫ vn-
ctionē ꝑfecto dū ꝓpitiationē
ſacroruꝫ imponimꝰ: ipſi ꝓpi-
ciatores dei eſſe mereamur. ꝑ
xp̄m dñm noſtrū: qui cū pa-
tre ꝛ ſpiritu ſancto viuit ꝛ re-
gnat deus in ſecula ſeculoꝝ.
Quo dicto ſtās adhuc cū mi-
tra: inchoat ſcola ſeu miſtris
ꝓſequentibꝰ antiphonā.

Edificauit Moyſes alta-
re dño deo: offerēs ſuꝑ
illud holocauſta: ꝛ imolans
victimas fecit ſacrificiuꝫ veſ-
pertinū in odoreꝫ ſuauitatis
dño deo in conſpectu filioꝝ
iſrael. Qua finita ſtās adhuc
cum mitra dicit.

Dei patris oīpotentis mi-
ſericordiaꝫ deprecemur
dilectiſſimi fratres: vt altare
hoc ſacrificijs ſpiritualibus
imbuendū noſtre vocis exo-
ratus officio: ſua benedictio-
ne ſanctificet: atqꝫ in eo ſemꝑ
oblationes famulorū ſuorū:
ſtudio ſue deuotionis impo-
ſitas: benedicere ꝛ ſanctifica-
re dignet: ꝛ ſpūali placatꝰ in-
cenſo: p̄cāti familie ſue prom-
ptus ꝛ benignꝰ exauditor aſ-
ſiſtat. Per xp̄m dñm noſtrū.
Deinde ſtans depoſita mitra
benedicit incenſum ſuꝑ alta-
re cremandū dicens.

¶ Benedictio incenſi. ℣.
Dñe exaudi orōnē meā. ℟.
Et clamor meꝰ ad te vēiat. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟.
Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

Domine deꝰ omnipotēs
cui aſſtat exercitus an-
gelorū cum tremore: quoruꝫ
ſeruitiū ſpūale ꝛ igneum eſſe
cognoſcit: dignare reſpicere:
bene ✠ dicere ꝛ ſancti ✠ fica-
re hāc creaturaꝫ incēſi: vt oēs
lāguores: oēſqꝫ infirmitates
cuncteqꝫ inſidie inimici odo-
rem eius ſentientes: effugiāt

⁊ ſeparent̃ a plaſmate tuo: vt
nunq̃z ledat̃ a moꝛſu antiqui
ſerpẽtis: qđ p̃cioſo filij tui
ſanguine redemiſti: qui tecuz
viuit ⁊ regnat ĩ vnitate ſpiri-
tus ſancti deus per omnia ſe
cula ſeculoꝝ. ℞. Amen. Dein
de aſpergit ipſum aqua bene-
dicta. Tum accepta mitra põ
tifex foꝛmat ꝓpꝛia manu qn-
q̃z cruces ex inceſo benedicto
quãlibet de quinq̃z granis ſu
per illa quinq̃z loca altaris in
quibus cruces de aqua oleo
⁊ chꝛiſmate pꝛi⁹ facte fuerũt:
et ſup̱ quãlibet crucez thuris
ponit vnaz crucem factam de
ſubtili candela: ad menſuraz
illius ⁊ cuiuſlibet crucis oĩa
capita accendunt̃: vt cũ ipſis
thus cõburat̃ ⁊ cremet̃. Om-
nibus autẽ crucibus accẽſis
pontifex depoſita mitra: fle-
xis coꝛam altari genibus: in-
choat ſcola ſeu miniſtris pꝛo
ſequentibus.

Alleluia. ℣. Ueni ſãcte ſpi-
ritus reple tuoꝛuz coꝛda
fidelium: et tui amoꝛis in eis
ignẽ accende. Niſi cõſecratio
hmõi fieret inter dñicam. lxx.
et feſtũ paſce Reſurrectionis
dñi noſtri Jeſu xp̃i: quia tũc
obmiſſo Alleluia dicitur ver
ſus tantũ. Quo dicto ſurgit
pontifex ſtans ante altare et
ſtatim dicunt̃ ſequẽtes añe.

Aſcendit fumus aromatũ
in conſpectu dñi de ma-
nu angeli. Alia antiphona.

Stetit angelus iuxta aram
templi: habens thuribu
lum aureũ in manu ſua: ⁊ da-
ta ſũt ei incenſa multa: ⁊ aſcẽ-
dit fumus aromatũ in cõſpe
ctu dei. ſine Alleluia. Quib⁹
finitis Pontifex ante altare
ſtãs ſine mitra dicit. Oꝛem⁹.
⁊ miniſtri. Flectamus genua
Leuate.

Domine ſancte pater om-
nipotẽs eterne de⁹: cle-
mens et ꝓpitius p̃ces noſtre
humilitatis exaudi: ⁊ reſpice
ad hui⁹ altaris tui holocau-
ſtũ qđ nõ in igne viſibili pꝛo
bet̃: ſed infuſuz ſancti ſpirit⁹
tui gratia in odoꝛẽ ſuauitatis
aſcendat: ⁊ legitime ſe ſumen
tib⁹ eucharistia medicabilis
fiat: ad vitãq̃z ꝑficiat ſempi-
ternã. Per dñz nr̃m Jeſũ xp̃m
filium tuum qui tecum viuit
⁊ regnat in vnitate eiuſdẽ ſpi
ritus ſancti deus per omnia
ſecula ſeculoꝛum. ℞. Amen.
Poſt hec cõbuſtis cãdelis et
thure: cineres illi⁹ cõbuſtio-
nis per vnũ ex miniſtris cuz
ſpatulis ligneis abꝛadunt̃: et
collecti ĩ aliquo vaſe ꝓijciun-
tur in ſacrario. Interim pon
tifex depoſita mitra: ſtãs an-
te gradus altar̃ verſus ad al-

tare dicit· Oremꝰ· ꝛ miniſtri·
Flectamus genua: Leuate·

Deus omnipotẽs: in cuiꝰ honore ac btiſſime vir-ginis Marie: ꝛ omniũ ſancto rũ: ꝛ nomẽ ac memoriã ſancti tui talis īdigni altare hoc cõ-ſecramus· clemens ꝛ ꝓpitius ꝑces nr̃e humilitatis exaudi ꝛ ꝑſta: vt in hac menſa ſint li hamina tibi accepta: ſint gra-ta: ſint pinguia: ꝛ ſpũs ſancti tui ſemꝑ rore ꝑfuſa: vt omni tp̄e hoc in loco ſupplicantis tibi familie tue: anxietates re leues: egritudines cures: pre ces exaudias: vota ſuſcipias deſiderata ꝯfirmes: ac poſtu lata ꝯcedas· Per dñm nr̃m Je ſum xp̄m filiũ tuũ: q̄ tecũ vi-uit ꝛ regnat in vnitate eiuſdẽ ſpũs ſancti deus· Deinde ex-tenſis manibꝰ ante pectus di cit prefationem·



Per om̃ia ſecula ſeculoꝝ· ℟·



Amẽ· ℣· Dñs vobiſcũ· ℟· Et



cũ ſpiritu tuo· ℣· Surſũ cor



da· ℟· Habemꝰ ad dominũ·



℣· Gr̃as agamꝰ domino deo



nr̃o· ℟· Dignũ et iuſtũ eſt·



Uere dignũ ꝛ iuſtũ eſt equũ



ꝛ ſalutare· Nos tibi ſemꝑ et



vbiqꝫ gratias agere domiue



ſancte pater oĩpotẽs eterne



deus ꝛ clemẽs: cuiꝰ nec initiũ


nec finis aduertit̃· q tant⁹ es
quant⁹ eſſe voluiſti· ſanct⁹ ſci
licet atq3 mirabilis de⁹· cui⁹
virtutẽ elementa nõ capiũt·
Te benedicim⁹· Te ſupplices
dep̃ecamur: vt tibi ſit altare
hoc ſicut illud qđ Abel· ſalu-
taris myſterij ĩ paſſiõe p̃cur
ſor· iugulat⁹ a fratre· nouo ſã
guine imbuit et ſacrauit· Sit
tibi dñe altare hoc· ſicut il-
lud qđ abrahã pr̃ nr̃· q videre
te meruit fabricauit et ĩuoca-
to tuo noĩe ↄſecrauit· ĩ quo p
ſacerdotẽ Melchiſedech ſacri
ficij formã triũphalis exp̃ſſit


Sit tibi altare hoc dn̄e ſicut
illud ſup qđ abꝛahā ſemiariū
fidei nr̄e Jſaac filiuꝫ ſuū· dū
tibi toto coꝛde credidit· to-
to coꝛde īpoſuit· in quo ſalu
tarꝰ myſterij ſacm̄ētū dn̄ice
paſſiōis oſtēſuꝫ eſt· dū offert
filius agnꝰ occidit· Sit tibi
altare hoc dn̄e ſicut illud qđ
Jſaac puteū ꝓfundū purita-
tis inueniēs· habūdātie e i
nomē īponens· tue maieſtati
dicauit Sit tibi domīe altare
hoc ſicut illud qđ Moyſes
ſuſceptis mādatis in ꝑfigu-
ratiōe apoſtolica applicauit·

et duodecim lapidū cōſtru-
ctione firmauit. Sit tibi do-
mine altare hoc ſicut illud qd
Moyſes ſeptē dierū purifica
tione mūdauit. et celeſti tuo
colloquio Sancta ſctōꝝ vo-
cauit. ſicut locut? es ad moy-
ſen dicēs. Si qs tetigerit alta

re hoc ſanctificat? habeat.
Sit ergo i hoc altari inocētie
cult? imolet̄ ſupbia. Iracun
dia iuguletr̄. Luxuria oiſq3 li-
bido feriatr̄. offeratr̄ ꝑ turturi
b? ſacrificiū caſtitat? ꝑ pulliſ
colūbarū innocētie ſacrīmētū.

Quod ſequitur dicit plane le
gendo: ita tamen ꝙ a circum-
aſtātibus audiri poſſit. Per
dn̄m nr̄m Jeſum xp̄m filium

tuū qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpūs ſancti deus per oīa ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen.

Prefatione finita pōtifex accepta mitra inungit cū pollice dextre man⁹ chriſmate frōtem altaris in moduꝫ crucis incboans ſcola ſeu miniſtris ꝓſequentib⁹ antiphonā.

Confirma hoc de⁹ quod operat⁹ es in nobis a tēplo ſancto tuo qd eſt in hieruſalem Alleluia. ps.

Exurgat deus ⁊ diſſipentur inimici ei⁹: ⁊ fugiāt qui oderūt eum a facie eius.

Dicit̄ totus ꝓut habet̄ ſupra in fine bñdictiōis Abbatis. Quo dicto pontifex depoſita mitra dicit Oremus.

Maieſtatē tuā dñe humiliter imploram⁹: vt altare hoc ſacre vnctiōis libamine: ad ſuſcipienda populi tui munera imbutū: potenter bene ✠ dicere et ſancti ✠ ficare digneris: vt qd nūc a nobis indignis ſub tui noīs inuocatione: in honore beatiſſime virginis Marie ⁊ omniū ſanctorū atqꝫ in memoriā ſancti tui talis. ſacroſancti chriſmatis inunctione delibutuꝫ eſt: placeat tibi: atqꝫ altare maneat perpetuū: vt quicqd deinceps ſup illud oblatuꝫ ſacratumue fuerit: dignū tibi fiat holocauſtuꝫ atqꝫ omniū hic offerentiuꝫ ſacrificia: a te pio dño benigne ſuſcipiant̄. et ꝑ ea vincula peccatorū noſtrorū abſoluant̄: macule deleantur: venie impetrent̄: ⁊ gratie acquirāt̄: quaten⁹ vnacū ſanctis ⁊ electis tuis vitā ꝑcipere mereamur eternā. Per chriſtum dñm noſtrū. ℟. Amen.

Subſequēter pontifex accepta mitra īungit cuꝫ chriſmate in modū crucis cōiunctiōes menſe ſeu tabule: ⁊ tituli ſiue ſtipitis altaris ī quatuor angulis quaſi illa cōiungēs ad ſingulas cruces dicens.

In nomīe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. Deinde depoſita mitra dicit. Oremus.

Supplices te deprecamur omnipotēs eterne deus per vnigenitū filiū tuū dñm nr̄m Jeſuꝫ xp̄m: vt altare hoc ſanctis vſib⁹ ꝑparatū: celeſti benedictiōe ſancti ✠ fices: et ſicut Melchiſedech ſacerdotis ꝑcipui oblationeꝫ dignatione mirabili ſuſcepiſti: ita īpoſita huic nouo altari munera: ſemper accepta ferre digneris vt popul⁹ qui in hanc eccl̄ie domū ſanctā cōueniet. per hec libamīa celeſti ſanctificatione ſaluatus: animaruꝫ quoqꝫ ſuarū ſalutē ꝑpetuam conſequat̄. Per eundem xp̄m

dñm nrm. ℟. Amen. Poſtea Subdiaconi abſtergunt dili gēter cū mantilib⁹ tele groſſe menſam altaris. ⁊ pōtifex ſe dēs i ſede ſua iuxta altare fricat bene manus cuꝫ medulla panis: ac lauat ⁊ extergit. deinde ipſis Diaconib⁹ ſeu Acolytis pſentantib⁹ pōtifici tobaleas nouas ⁊ mūdas: vaſa quoqꝫ ⁊ ornamenta quecūqꝫ ad cultū dei ⁊ altaris cōſecrati ptinētia. Pontifex depoſita mitra ſurgit: ⁊ ſtans benedicit illa dicens.

Benedictio tobalearū. Vaſorū ⁊ ornamētoꝝ altaris. ℣.

Adiutoriū nrm i noīe dñi ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

Domine deus oīpotēs: q ab initio vtilia et neceſſaria hominib⁹ creaſti: veſtimenta quoqꝫ pōtificalia ⁊ ſacerdotalia ſeu leuitica ſacerdotibus ⁊ leuitis ac ornamēta ⁊ lintheamia: facere famulum tuuꝫ Moyſen p. xl. dies docuiſti: ac etiaꝫ que Maria texuit ⁊ fecit in vſuꝫ miniſterij tabernaculi federis ordinaſti: ſcti ✠ ficare bene ✠ dicere ⁊ conſe ✠ crare digneris hec ornamēta et lintheamina in vſum altaris tui ad conficiendū ſup ipſis corp⁹ ⁊ ſanguinē filij tui dñi nri ieſu xpi qui tecū viuit ⁊ regnat i vnitate ſpūs ſancti deus per oia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen. Deinde aſpergit illa aqua benedicta. Tum miniſtri ponunt ſup altare chriſmale ſiue pannū lineū ceratū ad menſuraꝫ altaris factū. deinde veſtiūt altare tobaleis et ornamētis benedictis ponētes deſuper crucem et alia ornamēta. Interim dicunt ſequētia Reſpōſoria antiphone ⁊ ps.

Circūdate ſyon leuite altare dñi dei: veſtite veſtimentis albis: eſtote ⁊ vos canētes hymnū nouū dicentes alľa. ℣. Mirabilis deus i ſanctis ſuis ⁊ ſanct⁹ in omnibus operibus ſuis. ℣. Gloria patri. Alia antiphona.

Circūdate ſyō ⁊ cōplectimini eaꝫ: narrate in turribus eius. ℣. Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in mōte ſancto ei⁹.

Reſponſorium.

Induit te dñs tunica iocūditatis: ⁊ īpoſuit tibi coronam. Et ornauit te ornamētis ſanctis. ℣. Luce ſplēdida fulgebis: et omnes fines terre adorabūt corā te. Et ornauit te. ℣. Nationes ex longinquo ad te veniēt ⁊ munera deferentes: adorabunt dñm: et

terrā tuā in ſanctificatiōe ha-
bebūt ⁊ nomē magnū tuū in-
uocabūt. Et ornauit te. ℣. Be-
nedicti erūt q te edificauerūt
tu autē letaberis ī filijs tuis:
qm̄ oēs bn̄dicent̄ ⁊ congrega
bunt̄ ad dn̄ʒ. Et ornauit. An̄.
Et in velamēto alarū tua
rum ꝓtege nos dn̄e: ⁊ i
laude tua gloriemur. Ps.
Deus deus meꝰ: ad te de
luce vigilo.
Sitiuit in te aīa mea: q̄ʒmul-
tipliciter tibi caro mea.
In terra deſerta īuia ⁊ ī aquo
ſa ſic ī ſctō apparui tibi: vt vi
derē virtutē tuā ⁊ gloriā tuā.
Qm̄ melior eſt miſericordia
tua ſuꝑ vitas: labia mea lau-
dabunt te.
Sic bn̄dicā te in vita mea: ⁊ ī
noīe tuo leuabo manꝰ meas.
Sicut adipe ⁊ pinguedine re
pleat̄ aīa mea: ⁊ labijs exulta-
tionis laudabit os meum.
Sic memor fui tui ſuper ſtra
tū meū in matutinis medita-
bor ī te: qr fuiſti adiutor meꝰ
Et ī velamēto alaꝝ tuaꝝ ex-
ultabo: adheſit aīa mea poſt
te: me ſuſcepit dextera tua.
Ipſi vero īuanū q̄ſierūt aīaʒ
meā: introibūt ī inferiora ter
re: tradētur in manus gladij
partes vulpiū erunt.
Rex vero letabit̄ in deo: lau-
dabunt̄ oēs qui iurant in eo:
quia obſtructū eſt os loquē-
tium iniqua.
Gloria patri. Sicut erat.
His dictis pōtifex depoſita
mitra: ⁊ facta cruci ſuꝑ altari
poſite reuerētia: tertio ſucceſ
ſiue incenſat ſuꝑ altare ī mo-
dum crucis dicēdo ad quāli-
bet thurificationē Aīam.
Omnis t̄ra adoret te deꝰ:
⁊ pſallat tibi: pſalmū di
cat noī tuo dn̄e. Quo facto
depoſita mitra dicit. Oremꝰ.
Deſcendat q̄ſumꝰ dn̄e deꝰ
noſter ſpūs tuus ſan-
ctus ſuꝑ hoc altare: qui ⁊ po
puli tui dona ſanctificet: ⁊ ſu
mentiuʒ corda purificet. Per
xp̄m dn̄m noſtrū. ℟. Amen.
Alia oratio. Oremus.
Omnipotens ſempiterne
deus altare hoc noī tuo
dedicatū: celeſtiū virtutū be
ne ✠ dictione ſanctifica: ⁊ oī-
bus ī te ſperātibꝰ: auxilij tui
munꝰ oſtēde: vt hic ⁊ ſacramē
torū virtꝰ: ⁊ votoꝝ obtineat̄
effectꝰ. p dn̄ʒ nr̄m ⁊c̄. ℟. Amē
℣. Dominus vobiſcum. ℟.
Et cum ſpiritu tuo. ℣.
Benedicamus domino. ℟.
Deo gratias. Quibꝰ expedit̄
pōtifex ingreditur ſacrariū: ⁊
parat ſe ad celebrandū miſſā
ſi voluerit vel facit ꝑ aliqueʒ
ſacerdotē ī dicto altari ꝯſec̄ro
ſolēniter celebrari. Introitꝰ.






℣· Gloria· Euouae· Orō·

Exaudi dn̄e p̄ces noſtras et ad ſanctificandū nomini tuo hoc altare benignꝰ adeſto: vt ſacramentorū hic virtus: ⁊ votoꝝ omniū obtineat̄ effectꝰ· Alia oratio dicit̄ pro cōmemoratiōe ſancti vel ſanctoꝝ: in cuiꝰ ſeu quoꝝ honore altare cōſecratū eſt: aut quoꝝ reliquie ibidē ſūt recōdite· vna cū p̄cedēte ſub vno Per dominū ⁊c·

Magnificet te dn̄e ſcti tui talis beata ſolēnitas: q ⁊ illi gloriā ſempiternā ⁊ opē nobis ineffabili ꝓuidētia cōtuliſti· Per dominū·

Lectio Eſaye prophete·

Hec dicit dn̄s deus In die illa deferet̄ munꝰ dn̄o exercituum: ⁊ rex fortis dn̄abit̄ eoꝝ: in die illa erit altare dn̄i ī medio terre: ⁊ cognoſcet̄ dominus: ⁊ colēt euꝫ in hoſtijs ⁊ muneribꝰ: et vota vouebūt dn̄o: ⁊ ſoluēt: et reuertentur ad dn̄ꝫ: ⁊ placabit̄ eis: ⁊ ſanabit eos· ī die illa erit Iſrael benedictio ī medio terre: cui benedixit dn̄s deꝰ exercituū dicens: Benedictꝰ populꝰ meꝰ ⁊ opus manuū meaꝝ ⁊ heredi-

tas mea Iſrael dicit domin⁹ omnipotens. Graduale.



Tollite hoſtias ꝛ itroi-



te in a tria ei-



us adoꝛa te dominũ in au-



la ſancta eius. ℣. Re-



uelabit dominus cõden-



ſa. et in tẽplo ei us oĩnes



di cent gloꝛiam.



Al le luia. ℣. Redẽp-



tionem miſit do minus



populo ſu o mãdauit



in eter num teſtamentũ



ſu um.

Euangeliũ ſm Matheum.

In illo tp̃e: dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen dico vobis. Niſi habũdauerit iuſticia veſtra pluſ q̃z ſcribaꝝ ꝛ phariſeoꝝ: non intrabitis in regnũ celoꝝ. Audiſtis q2 dictum eſt antiq̃s. Nõ occides qui aũt occiderit: reus erit iudicio. Ego aũt dico vobis: q2 oĩs q iraſcit᷑ fratri ſuo: reus erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri ſuo Racha: reus erit cõ

cilio· Qui aũt dixerit fatue: reus erit gehẽne ignis· Si ergo offers mun⁹ tuũ ad altare: et ibi recordat⁹ fueris: qꝛ frater tu⁹ habet aliqd aduerſũ te: relinque ibi mun⁹ tuũ aũ altare ꝛ vade pri⁹ reconciliari fratri tuo: ꝛ tũc veniẽs offeres mun⁹ tuũ· ꝛ di͂ Credo· Offerto·



Sanctificauit Moyſes alta-



re domino offerẽs ſup illud



holocauſta: et ĩmolãs victi-



mas fecit ſacrificiũ veſptinũ



in odorẽ ſuauitat⁹ dño deo



in ↄſpectu filiorum iſrael·

Omnipotẽs ſempiterne deus: altare hoc noĩ tuo dedicatũ celeſtiũ virtutũ bñdictione ſanctifica: ꝛ oĩbus in te ſperantib⁹ auxilij tui mun⁹ oſtende: vt hic ꝛ ſacramentoꝝ virtus: ꝛ votorũ obtineat̃ effectus· Secreta. Alia Secreta p ſancto que dicit̃ cum p̃cedente ſub vno Per dominũ·

In tuoꝝ dñe p̃cioſa morte iuſtoꝝ ſacrificiũ illud offerimus: a quo martyrũ ſumpſit omne principiũ· Per dominũ noſtrũ Jeſuz xp̄m filiũ tuũ ꝛc. Cõmunio·



Tollite hoſti as ꝛ introi



te in atria ei us· adorate



domi nũ in aula ſctã ei us·

Deſcendat q̃s dñe de⁹ noſter ſpiritus tuus ſanct⁹ ſup hoc altare: q ꝛ populi tui dona ſanctificet: ꝛ ſumentiũ corda purificet· Poſtcom. Dicit̃ ꝛ ſequens poſtcõmunio pro ſancto cũ p̃ce-

dente ſub vno Per dominū·

Sit nobis dn̄e ſacramenti tui certa ſaluatio: q̄ beati tui talis meritis implorat· Per dominū ꝛc· Finita miſſa pōtifex dat benedictionē ſolemnē ꝛ indulgētias· Exuit ſe ſacris veſtibꝰ: ꝛ vadit i pace·

¶ De cōſecratiōe Altaris cuius ſepulchrū reliquiaꝝ eſt i medio ſūmitatis ſtipitis·

Ota q̄ ordo predictus cōſecrandi altare ſemꝑ ſeruatur quando ſepulchrū reliquiarū eſt in medio tabule altaris a parte ſuꝑiori: vel i ſtipite a parte anteriori aut poſteriori· Si v̄o ſepulchrū eſt in medio ſūmitatis ſtipitis: ſupra autem ſit ponenda ipſa tabula ſiue mēſa altaris· Finita aque benedictione cū vino ꝛ cinere ac oratiōe· Omnipotēs ſempiterne deꝰ: creator ꝛ ꝯſeruator humani generis ꝛc· Pontifex ſtans cū mitra: ex aqua benedicta huiuſmodi vino ꝛ cinere mixta: facit maltam ſiue cementum ex calce ꝛ ſabulo ſeu tegula trita ad hoc paratis· quod deinde depoſita mitra benedicit dicens· ℣·

Dominus vobiſcum· ℟· Et cū ſpiritu tuo· Oremus·

Domine deus qui ſūma ꝛ media imaq; cuſtodis: qui omnē creaturā intrinſecꝰ ambiendo cōcludis: ſancti ✠ fica ꝛ bene ✠ dic has creaturas calcis et ſabuli· Per xp̄m dn̄m nr̄m· ℟· Amen· Quo facto tabula ipa altaris a ſtipite ſepata iacēte: debet fieri reliquiarū deportatio et incluſio· Pontifice ꝓceſſionaliter accedente ad locum vbi reliquie ſūt depoſite: in quo pōtifex ſtans ab extra ſine mitra dicit· Oremꝰ· ꝛ miniſtri· Flectamus genua: Leuate·

Aufer a nobis ꝛc· cōtinuās per omnia vſq; ad oratiōnē·

Dirigatur oratio nr̄a q̄ſumꝰ dn̄e ꝛc· incluſiue ꝓut ſuꝑ ordinatum eſt· Qua dicta ſacerdotes ꝛ leuite eleuāt aram ſiue tabulam ſeu menſam altaris: ꝛ collocant eā ſuꝑ ſtipitē ꝛ cementarij cū dicto cemēto benedicto ipſam liniūt ꝛ firmant: ſcola interim cantante ſeu miſtris dicētibꝰ Rn̄ſoriū·



Vos ſacerdotes ꝛ leui



te ſanctifi cami ni· Et




Leuata itaqꝫ ara et collocata ac cũ cemẽto ꝓdicto bene firmata. Pontifex ꝓſequit̃ altaris conſecratiõe: accedẽs ad altare cũ mitra: et ſtans ante illud depoſita mitra: incipit ſcola ſeu miniſtris ꝓſequẽtibus antiphonã. Introibo ad altare dei. cum omnib⁹ ſequentib⁹ vſqꝫ ad orationem. Deus qui es viſibiliũ rerum omniũ ꝛc. incluſiue. Qua dicta pontifex accepta mitra extergit menſam altaris cũ lintheo mũdo: ꝛ mox thurificat ſup illam in modũ crucis in medio: ꝛ in quatuor ei⁹ angulis incboans ſcola ſeu miniſtris ꝓſequẽtib⁹ Reſpõſoriũ Dirigat̃ oratio mea ꝛc. et oia alia deinde fiũt ꝓut ſupra ordinata ſunt vſqꝫ ad finem.

¶ De Altaris portatilis cõſecratiõe: que põt fieri quocũqꝫ die ꝛ loco: tamẽ ieiuno ſtomacho.

Cõſecrandũ tabulam ſiue altare portatile. paranẽ in loco vbi conſecratio huiuſmõi fieri debet. In primis aliq̄ reliquie cũ tribus granis incenſi: in altari recludende. ſanctũ Chriſma. oleũ ſanctũ cathecuminoꝝ. vtrũqꝫ i vaſculo ꝛ ãpulla. Media

libra thuris cui⁹ media pars
ſit in granis. Thuribuluz cū
nauicella et cocleari. Vas cuz
prunis ardentib⁹. Unuz vas
aque mūde. Vas cū cinerib⁹.
Vas cum ſale. Vas cum vino
Aſperſoriū de herba Jſopi fa
ctūm. Mantilia de tela groſ
ſa noua: ad extergendū altare
conſecrandū quotiens opor
tuerit. Quinqʒ parue cruces
facte de ſubtilibus candelis.
Aliquot ſpatule lignee parue
ad abradendū de altari cōbu
ſtiones ⁊ cineres thuris ⁊ cā
delarū. Vas ad ponendū hu
iuſmodi cōbuſtiones ſeu ra
ſuras. Duo candelabra cum
duob⁹ cereis cōtinuo arden
tib⁹ prope reliquias. Vas cū
aqua ⁊ bacile ad abluendum
man⁹ pōtificis cū expedierit:
et manutergia ad tergendum
eas. Pōtifex igit̄ parat⁹ Ami
ctu: alba: cingulo: ſtola: plu
uiali: ⁊ mitra: ſi cōſecrationez
huiuſmodi publice facere ve
lit. vel ſi i camera ſua aut alio
loco ſecrete. Stolā habeat ſu
per Rochetū ab humeris de
pendentē ⁊ mitrā ſimplicem.
ſtans ante tabulā ipſam ſiue
altare cōſecrandū: poſitū ſu
per aliquam menſam vel alta
re mitraz in capite tenens ab
ſolute dicit.
Deum pa
trē oīpotentē fratres ca
riſſimi: votis exultantib⁹ de
precemur: vt qui ꝑ omnē mū
dum fidem ſparſit: ⁊ eccleſiaz
cōgregauit: qui eſt lapis exci
ſus de mōte ſine manib⁹: qui
angularē compagē ſolidauit
hanc petrā ſerenus illuſtret:
eamqʒ eterno lumīe irrigarā:
ita multiplicibus ⁊ diuerſis
chriſmatib⁹ locupletet: vt ſu
per illam adminiſtrandā ſui
corporis hoſtiā benedicat: et
ſuſcipiat cōſecratā: qui viuit
et regnat in vnitate ſpūs ſan
cti deus: per oīa ſecula ſeculo
rum. Deinde detecto capite
genuflexus ante altare conſe
crandum dicit.

Deus in adiutoriuz meū in
tende. Tum ſurgit ⁊ miniſtri
reſpondent.

Domine ad adiuuandum me
feſtina. Deinde ſtās detecto
capite pontifex dicit.

Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui
ſancto. Miniſtri reſpondēt.

Sicut erat in principio ⁊ nūc
⁊ ſemꝑ ⁊ i ſcl'a ſeculorū Amē.
abſqʒ Alleluia. ⁊ hoc fit ſcḋo
⁊ tertio eiſdem modo ⁊ loco:
voce ſemꝑ alti⁹ eleuata. quo
facto pontifex accepta mitra
ſtans benedicit aquā cū vino
ſale ⁊ cinere: dicens ꝑ oīa ⁊ fa
ciēs, put habet̄ ſuꝑ ſub eccle
ſie dedicatiōe vſqʒ ad orōnē.

Omnipotēs ſempiterne de⁹

creatoꝛ ⁊ cõſeruatoꝛ humani generis ꝛc. incluſiue. hoc ſaluo ꝙ vbicunqꝫ fit mentio de eccleſie dedicatione. dicit ſolum de altaris vel tabule cõſecratiõe vł dedicatiõe. Aqua igit̃ benedicta põtifex aſſum pta Mitra: et aqua ipſa facit cũ pollice dextre man⁹ crucẽ i medio tabule vel altar̃ dicẽs

Sancti ✠ ficet̃ ⁊ conſecret̃ hec tabula. in noĩe patr̃ ⁊ filij ⁊ ſpirit⁹ ſancti pax tibi. Deinde facit ex eadẽ aqua cũ eodẽ pollice quatuoꝛ cruces in quatuoꝛ coꝛnibus altaris videlicet pꝛimã in dextra pte poſterioꝛi ipſi⁹ lapidis. Secundã in ſiniſtra parte anterioꝛi pꝛime trãſuerſa. Tertiaꝫ in dextra anterioꝛi: ⁊ quartaꝫ i ſiniſtra poſterioꝛi tertie trãſuerſa ad quãlibet crucem repetens verba ꝑdicta. Sancti ficetur ꝛc. Quo facto ichoat miniſtris ꝓſequentib⁹ añam

Aſperges me dñe iſopo et mũdaboꝛ: lauabis me: et ſuper niuem dealbaboꝛ. Ps. Miſerere mei de⁹: ſm magnã miſericoꝛdiam tuã. totus dicitur ſine Gloꝛia patri. ⁊ in fine repetitur ipſa antiphona. ⁊ interim dũ dicunt̃ antiphona ⁊ pſalmus ꝑdicti põtifex cum mitra aſpergit cũ aſperſoꝛio de herba Iſopi facto de ipſa aqua tabulã per eius circuitum tribus vicibus. quo facto tabula abſtergitur cuꝫ mũdo pãno lineo. deinde põtifex depoſita mitra dicit. ℣.

Dñe exaudi oꝛonẽ meã. ℟. Et clamoꝛ me⁹ ad te veĩat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oꝛemus.

Deus qui es viſibiliũ omniũ rerum ⁊ inuiſibiliũ conditoꝛ: ⁊ cunctarũ ſanctificationum conſecratoꝛ: ad dedicationem huius dominice mẽſe adeſſe dignare: ⁊ que ſacrato oleo et chꝛiſmate a nobis indignis eſt liniẽda ⁊ benedicenda: tue ſanctificationis in eam infunde virtutem ⁊ conſecrationeꝫ: vt omnes q ad eã depecaturi acceſſerint: tue ꝓpitiationis auxiliuꝫ ſentiant. Per xp̃m dominuꝫ noſtrum. ℟. Amẽ. Tum inchoat miniſtris pꝛoſequentibus antiphonam.

Dirigatur domine oꝛatio mea ſicut incenſuꝫ in cõſpectu tuo. Qua incepta pontifex accepta Mitra thurificat tertio tabulã per circuitũ eius. Finita incenſatiõe pontifex cuꝫ mitra inchoat miniſtris ꝓſequẽtib⁹ antiphonã.

Erexit Jacob lapidem in titulum fundẽs oleum deſuper. Pſalmus.

Quã dilecta taberancula tua dñe virtutũ: concupiſcit et deficit anima mea in atria domini.
Cor meũ ⁊ caro mea: exultauerunt in deum viuũ.
Etenĩ paſſer inuenit ſibi domum: ⁊ turtur nidum vbi reponat pullos ſuos.
Altaria tua dñe virtutũ: rex meus ⁊ deus meus.
Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te.
Beatus vir cuius eſt auxiliũ abs te: aſcenſiões ĩ corde ſuo diſpoſuit ĩ valle lachrymarꝫ: in loco quem poſuit.
Etenim benedictionẽ dabit legiſlator ibunt de virtute in virtutem: videbiť deus deorum in ſyon.
Domine deus virtutũ exaudi orationẽ meã: auribꝰ percipe deus iacob.
Protector noſter aſpice deꝰ: ⁊ reſpice in faciem xpi tui.
Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſuper milia.
Elegi abiectus eſſe in domo dei mei: magiſ q̃ꝫ habitare ĩ tabernaculis peccatorũ.
Quia miſericordiã ⁊ veritatẽ diligit deus: gratiã et gloriaꝫ dabit dominus.
Nõ priuabit bonis eos qui ambulant in ĩnocentia: dñs virtutũ beatꝰ homo q ſperat in te. ⁊ nõ diciť Gloria patri.
Dum pmiſſa dicunť põtifex ſtans cũ mitra facit cũ pollice dextro de oleo ſãcto cathecuminorũ quinqꝫ cruces: videlicet primã in medio tabule ſeu altaris. ⁊ alias in q̃tuor eiꝰ angulis eo ordine ꝑut fecit de aqua benedicta: dicens dũ vnãquãqꝫ crucẽ facit.
Sancti ✠ ficeť ⁊ conſecreť hec tabula. in noĩe patrꝭ ⁊ filij ⁊ ſpiritꝰ ſancti pax tibi.
Quo facto pontifex incboat miniſtris ꝓſequentibꝰ añam
Dirigatur dñe oratio mea ſicut incenſum in ꝯſpectu tuo. Et dũ antiphona diciť pontifex thurificat ſemel tabulam per circuitum. dein de depoſita mitra dicit. Oremus. et miniſtri. Flectamꝰ genua: Leuate.
Adſit domine miſericordie tue ineffabilis pietas: et ſuper hãc tabulam opem tue bene ✠ dictionis: et virtuteꝫ vnctionis infunde: vt te largiente referat premium: quiſquis ĩtulerit votũ. Per xpm dominũ noſtrum. ℞ Amen.
Oratione finita pontifex incboat miniſtris proſequentibus antiphonã.
Mane ſurgẽs iacob erigebat lapidẽ in titulũ: fũ

dens oleum deſup votū vo-
uit dño: vere loc⁹ iſte ſanct⁹
eſt ⁊ ego neſciebam. ps.
Bonū eſt confiteri dño: ⁊
pſallē noī tuo altiſſime.
Ad annūciandū mane miſe-
ricordiam tuam: ⁊ veritatem
tuam per noctem.
In decbacordo pſalterio: cū
cantico in cythara.
Quia delectaſti me dñe in fa
ctura tua: ⁊ ī operib⁹ manuū
tuarum exultabo.
Quā magnificata ſūt opera
tua domine: nimis profunde
ſunt cogitationes tue.
Uir inſipiēs nō cognoſcet: ⁊
ſtultus nō intelliget hec.
Cum exorti fuerint peccato-
res ſicut fenū: ⁊ apparuerint
oēs qui operanť inquitatē.
Ut intereāt ī ſeculū ſeculi: tu
aūt altiſſim⁹ ineternū dñe.
Qm̄ ecce inimici tui dñe qm̄
ecce inimici tui peribūt: ⁊ diſ
pergenť omnes qui operanť
iniquitatem.
Et exaltabiť ſicut vnicornis
cornu meū: et ſenectus mea ī
miſericordia vberi.
Et deſpexit ocul⁹ me⁹ inimi-
cos meos: ⁊ inſurgētib⁹ ī me
malignātib⁹ audiet auriſ mea
Iuſtus vt palma florebit: ſi-
cut cedr⁹ libani mltiplicabiť.
Plantati ī domo dñi: ī atrijs
dom⁹ dei noſtri florebunt.

Adhuc multiplicabunť ī ſe-
necta vberi: ⁊ bene patientes
erunt vt annuncient.
Qm̄ rect⁹ dñs deus noſter:
⁊ nō eſt iniquitas in eo. ⁊ nō
diciť Gloria pr̄i. Incepta añā
pōtifex accepta mitra: facit ī
quinqȝ locis tabule: in quib⁹
prius cruces fecerat: iterū cū
pollice dextro de eodeȝ oleo
ſancto cathecuminorū quīqȝ
cruces: dicens dum ſingulas
cruces facit.
Sancti ✠ ficeť ⁊ conſecreť
hec tabula. in noīe patr⁹
⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti pax tibi.
Deinde pōtifex incboat ſcola
ſeu miſtris ꝓſequētib⁹ añam
Dirigatur dñe orō mea ſi-
cut incēſū in cōſpectu
tuo. Interim dū antiphona
huiuſmodi diciť. pōtifex re-
tenta mitra thurificat iteruȝ
ſemel tabulā p circuitū. quo
facto: depoſita mitra dicit.
Oremus. et miniſtri. Flecta-
mus genua: Leuate.
Adeſto dñe dedicatiōī hu-
ius mēſe tue: et in eā que
a nobis indignis ſancto lini-
ta eſt oleo: bene ✠ dictiōis ⁊
ſancti ✠ ficationis tue virtu
tem ⁊ conſecrationē infunde
Qui viuis ⁊ regnas deus per
oīa ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen.
Deinde pōtifex incboat ⁊ ſco
la ſeu miſtri ꝓſequunť añāȝ.

Unxit te deus de⁹ tu⁹ oleo leticie p̄re ꝯſortib⁹ tuis.

Deus nr̄ refugiū ⁊ vir ps. tus: adiutor ī tribulatio nib⁹ que īuenerūt nos nimis

Propterea nō timebim⁹ dū turbabit̄ terra: et transferent̄ montes in cor maris.

Sonuerūt ⁊ turbate ſūt aque eorū: conturbati ſunt mōtes in fortitudine eius.

Fluminis impet⁹ letificat ci- uitatē dei: ſanctificauit taber naculum ſuum altiſſimus.

Deus in medio eius non cō mouebit̄: adiuuabit eaꝫ deus mane diluculo.

Cōturbate ſunt gentes ⁊ in- clinata ſunt regna: dedit vo- cem ſuam mota eſt terra.

Dn̄s virtutū nobiſcū: ſuſce- ptor noſter deus iacob.

Uenite ⁊ videte opa dn̄i que poſuit ꝓdigia ſup terrā: aufe rens bella vſqꝫ ad finē terre.

Arcum cōteret ⁊ confringet arma: ⁊ ſcuta cōburet igni.

Uacate ⁊ videte qm̄ ego ſum deus: exaltabor in gentibus ⁊ exaltabor in terra.

Dn̄s virtutū nobiſcū: ſuſce- ptor nr̄ de⁹ iacob. ⁊ non dicit̄ Gloria pr̄i. Incepta an̄a pōti fex accepta mitra facit quiqꝫ cruces de ſctō chriſmate cum pollice p̄dicto in eiſdeꝫ locis tabule in quib⁹ prius fecit de aqua ⁊ oleo ſancto: dicēs dū ſingulas cruces facit.

Sancti ✠ ficet̄ ⁊ ꝯſecretur hec tabula, ī noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūs ſcī. pax tibi. Quo facto pōtifex incboat ⁊ ſcola ſeu miniſtri ꝓſequunt̄ an̄am

Dirigat̄ dn̄e orō mea ſicut incenſuꝫ ī cōſpectu tuo. Que dū dicit̄ pōtifex retenta mitra iteruꝫ ſemel thurificat tabulā p circuitū: deinde de- poſita mitra dicit. Orem⁹. et miſtri Flectam⁹ genua leuate

Exaudi nos deus noſter ⁊ precū noſtraꝝ libēter accipe vota: ⁊ altare hoc ad ce lebrāda diuina myſteria p̄pa ratuꝫ: celeſtis vnguēti odore aſperge: ⁊ aromata diuīe ſan- ctificatiōis illi īfūde: et ſicut lapidē Jacob patriarche ere- ctū vnguēti pfuſione dicaſti ⁊ angelicis viſionib⁹ p ſcalaꝫ gradus eccleſie figuraſti. ſic ſup hunc lapidē altari coap- tandū celeſtis gratiā bene ✠ dictionis īmitte: vt dum tibi ſup eū ſacri corpis ⁊ ſangui- nis vnigeniti tui myſteria cō ſecrant̄: petentib⁹ pctā dimit tant̄: ⁊ merentib⁹ influas gra tiam ſempiternā. Per chriſtū dominū noſtruꝫ. ℞. Amen.

Oratiōe dicta pōtifex accep- ta mitra ſignat cū pollice dex tre man⁹ de chriſmate ꝯfeſſio

nem ideſt ſepulchꝛū ī quo reliquie ſūt reponēde in medio foꝛmādo ſignū crucis dicēs.

Conſe ✠ cret et ſāctificet hoc ſepulchꝛuȝ in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſācti pax huic domui. Deinde dpoſita mitra īponit reliquias cū tribus granis thuris ī tabula ſiue altari. ⁊ ſepulchꝛū reliquiarum huiuſmodi claudit quo facto adhuc ſtans ſine mitra dicit. Oꝛemus.

Deus q et oī coaptatione ſāctoꝛū eternū maieſtati tue cōdis habitaculum: da edificatiōi tue incremēta celeſtia: ⁊ pſta vt quoꝛū hic reliquias ꝓ tuo amoꝛe cōplectimur: eoꝛū ſemꝑ meritis adiuuemur. ꝑ xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amen. Tum incboat pōtifex ſcola ſeu miſtris ꝓſequētibꝰ (añam.

Ecce odoꝛ filij mei ſicut odoꝛ agri pleni cui bn̄dixit dn̄s: creſcere te faciat deꝰ meꝰ: ſicut arenā maris: et donet tibi de roꝛe celi benedictionem. ps.

Fundamēta eiꝰ in mōtibꝰ ſctis: diligit dn̄s poꝛtas ſyō ſuꝑ oīa tabnacula iacob.

Glorioſa dicta ſūt de te ciuitas dei.

Memoꝛ ero raab et babylonis: ſcientium me.

Ecce alienigene ⁊ tyrꝰ et populꝰ ethyopū: hij fuerūt illic

Nūquid ſyon dicet homo et homo natus eſt in ea: et ipſe fundauit eā altiſſimus.

Dn̄s narrabit in ſcripturis populoꝛū: et pꝛincipuȝ hoꝛū qui fuerunt in ea.

Sicut letantiuȝ omniū habitatio eſt in te. ⁊ nō dicit Glia pri. Dum añā ⁊ ps. pdicti dicūt pōtifex accepta mitra fūdit ⁊ ſpargit oleū cathecuminoꝛū: ⁊ ſanctū chꝛiſma vndiqȝ ꝯfricans: liniēs et pungēs manu ſua dextera totuȝ lapidem. Quo facto ⁊ pſalmo pꝛedicto finito pōtifex ſtans cū (mitra dicit.

Lapidē hūc frēs cariſſimi: in quo vnguentū ſacre vnctiōis effūditur: ad ſuſcipiēda ppl̄i tui vota et ſacrificia oꝛemꝰ: vt dn̄s ꝯſecret atqȝ bn̄dicat: et qd̓ eſt vnctū a nobis: ſit vnctum in noīe eiꝰ: vt plebis vota ſuſcipiat: ⁊ altari per ſacrā vnctionē ꝑfecto: dū ꝓpitiationē ſacroꝛū īponimꝰ: ipſi ꝓpitiatores dei eſſe mereamur. ꝑ xp̄m dn̄ȝ nr̄m: q cū eo ⁊ ſpū ſctō viuit ⁊ regnat deꝰ in ſcl'a ſeculorū. Deinde incboat ſcola ſeu miniſtris ꝓſequentibꝰ añaȝ.

Edificauit moyſes altare dn̄o deo: offerēs ſuꝑ illud holocauſta: ⁊ īmolās victimas: fecit ſacrificiū veſꝑti

nū in odorē ſuauitatis dño
deo: in cōſpectu filiorꝝ iſrael·
Qua finita ſtans adhuc cum
mitra pontifex dicit·
Dei patris oīpotentis mi
ſericordiā depcemur di
lectiſſimi frēs: vt altare hoc
ſacrificijs ſpūalibꝰ imbuēdū
nr̄e vocis exoratꝰ officio: ſua
bn̄dictiōe ſanctificet: atqꝫ in
eo ſemꝑ oblationes famulo/
rū ſuorꝝ: ſtudio ſue deuotio/
nis īpoſitas bn̄dicere ⁊ ſctifi
care dignet̄: ⁊ ſpūali placatuſ
incenſo: precanti familie ſue
promptꝰ ⁊ benignꝰ exauditor
aſſiſtat· Per xp̄m dn̄m nr̄m·
Deinde benedicit incenſuz ſu
per altare cremandum ſtans
depoſita mitra dicit· ℣·
Dn̄e exaudi orōnē meā· ℟·
Et clamor meꝰ ad te vēiat· ℣·
Dominus vobiſcum· ℟·
Et cū ſpiritu tuo· Oremus·
Domine deus oīps: cui aſ
ſtat exercitꝰ angelorꝝ cū
tremore: quorꝝ ſeruitiū ſpūa/
le ⁊ igneū eſſe cognoſcit̄: dig/
nare reſpicere bene✠dicere ⁊
ſancti✠ficare hanc creaturā
incenſi: vt oēs lāguores oēſ/
qꝫ infirmitates: cūcteqꝫ inſi/
die inimici odorē eiꝰ ſentiētes
effugiāt: ⁊ ſeparent̄ a plaſma/
te tuo: vt nūq̄ʒ ledat̄ a morſu
antiqui ſerpētis: qđ precioſo
filij tui ſāguie redemiſti Qui
tecū viuit ⁊ regnat in vnitate
ſpūs ſcti deꝰ: ꝑ oīa ſecula ſe/
culorꝝ· ℟· Amē· Deinde aſper
git ipm cū aqua bn̄dicta· In/
cenſo itaqꝫ benedicto accep/
ta mitra pōtifex format pro/
pria manu qnqꝫ cruces ex eo:
quālibet de qnqꝫ granis ſuꝑ
illa qnqꝫ loca altaris: ī quibꝰ
cruceſ de aq̄: oleo ⁊ chriſmate
priꝰ facte fuerūt· ⁊ ſuꝑ quāli/
bet crucē thuris ponit vnam
crucē factā de ſubtili candela
ad menſurā illiꝰ: ⁊ cuiuſlibet
crucis oīa capita accendunt̄:
vt cū ipis thus cōburat̄ ⁊ cre
met̄· Oībus aūt crucibꝰ accen
ſis: pōtifex depoſita mitra fle
xis corā altari genibꝰ incboat
⁊ ſcola ſeu miſtri ꝓſequunt̄·
Alleluia· ℣· Ueni ſctē ſpūs
reple tuorꝝ corda fideliū
⁊ tui amoris ī eis ignē accēde
Niſi cōſecratio hmōi fiat in/
ter dn̄icā· lxx· ⁊ feſtū paſce Re
ſurrectionis dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i
qꝛ tūc obmiſſo All'a dicit̄ ver
ſus tm̄· Quo dicto ſurgit pō
tifex ſtās detecto capite an̄ al
tare: ⁊ ſtati dicūt̄ ſeqntes an̄e
Aſcendit fumus aromatū
in ꝯſpectu dn̄i de manu
angeli· Alia antiphona·
Stetit angelꝰ iuxta arā tē/
pli habēs thuribulū au/
reū in manu ſua: ⁊ data ſūt ei
incenſa multa: ⁊ aſcēdit fumꝰ

aromatũ in cõſpectu dei· ſine Alleluia· Quib⁹ finitis ponti fex ante altare ſtãs depoſita mitra dicit· Oremus· ꝛ mini/ ſtri· Flectam⁹ genua: Leuate·

Huius altar⁹ dñe holocau ſtum: ſancti ſpiritus tui gratia infuſum: in odorẽ tue ſuauitatis aſcendat· Per xp̄m dñm noſtrũ· ℟· Amen· Poſt hec cõbuſtis candelis ꝛ thu/ re cineres illi⁹ cõbuſtionis ꝑ vnum ex miniſtris abradunt ab ara altaris cuꝫ ſpatulis li/ gneis paruis: ꝛ ĩ aliquo vaſe collecti proijciunt in fontes ſiue ſacrariuꝫ eccleſie· Deinde põtifex verſus ad ipſũ altare ſtãs ſine mitra dicit· Orem⁹·

Supplices tibi dñe de⁹ pa ter omnipotens preces effundim⁹: vt metalli huius expolitã materiã ſupernis ſa crificijs imbuendaꝫ: ipſe tue dotare ſanctificationis vber tate digneris: qui quondã le gem in tabulis ſcripſiſti lapi deis· Per dñm noſtrũ Jeſum xp̄m filium tuũ: qui tecũ vi/ uit ꝛ regnat in vnitate ſpirit⁹ ſãcti deus· Et mox mediocri voce adhuc ſine mitra ſtans extenſis manib⁹ ante pectus dicit prefationem·

Per omnia ſecula ſeculorũ ℟· Amen· ℣· Dñs vobiſ/ cum· ℟· Et cũ ſpiritu tuo· ℣· Surſuꝫ corda· ℟· Habemus ad dominuꝫ· ℣· Gratias aga/ mus domino deo noſtro· ℟ Dignũ ꝛ iuſtum eſt· Uere di/ gnum ꝛ iuſtũ eſt: equũ ꝛ ſalu tare· Nos tibi ſemper ꝛ vbiqꝫ gratias agere: dñe ſancte pa/ ter omnipotẽs eterne deus· Qui poſt offendicula lapſus primi hominis: inſtituiſti ti/ bi offerri ꝓpitiatorij deliba/ mẽta libaminis: vt culpa que ꝓceſſerat per ſuperbiã: futu/ ris temporib⁹ expiaret̃ ꝑ mu nera: quib⁹ honorarent̃ alta/ ria: honorificarent̃ ꝛ templa: qđ tibi primus Noe prepara/ uit officio· Rurſus Abraham imolaturus filiũ· dehinc Ja/ cob erigens ꝛ vngens lapidẽ in titulum· Te redẽptor mũ/ di exoramus: vt lapidem iſtũ ſeu menſam: in honoreꝫ tuũ: glorioſeqꝫ virginis Marie: ꝛ omniũ ſanctorũ: conſe ✠ cra re et ſancti ✠ ficare digneris benedictiõis tue illapſu: ma/ nibus noſtris opem tue be/ nedictionis infundens: ꝛ ſa/ cri huius myſterij ſicut inſti tutor: ita etiaꝫ ꝛ ſanctificator appare: qui te angulareꝫ lapi/ dem: ꝛ ſaxuꝫ ſine manibus ex/ ciſum: nominari voluiſti· Jn hereas hic placido maieſta/ tis eternalis obtutu: vt quic quid ſacro ritu ſuper hoc im/

molabitᷣ· ſicut Melchiſedech oblatū tibi placeat holocauſtū: adſit miſericordie tue ineffabilis pietas: vt te largiēte referat premiū: quiſqꝫ intulerit votū· Qđ ſequitᷣ dicit plane legendo ita tamen ꝙ a circūaſtantibꝰ audiatᷣ· Qui cum deo patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas deꝰ per oīa ſecula ſeculoꝝ· ℟· Amen· Deinde pōtifex icboat ⁊ ſcola ſeu miniſtri ꝓſequuntᷣ antiphonā·

Cōfirma hoc deꝰ qđ operatus es in nobis a templo ſancto tuo qđ eſt ī hieruſalē· ℣· Gloria pr̄i· ℟· Sicut erat· Deinde repetitᷣ añ· Qua dicta Pontifex ſine mitra dicit· Oremus·

Queſumꝰ oīpotens deus vniuerſaruꝫ rerū rationabilis artifex: qui inter ceteras creaturarū formas: lapideum metallū ad obſequiuꝫ tui ſacrificij cōdidiſti: vt legitime libationi ꝑparetᷣ altare: annue dignāter: vt quicquid hic oblatuꝫ ſacratūue fuerit: nomini tuo aſſurgat: religioni ꝓficiat: ſpei innitatᷣ: ⁊ fidei ſit honori· Per xp̄m dn̄m noſtrum· ℟· Amen· Poſtea incboat ſcola ſeu miniſtris ꝓſequentibus antiphonā·

Omnis terra adoret te deꝰ ⁊ pſallat tibi: pſalmū dicat nomini tuo dn̄e· Qua incepta pontifex accepta mitra thurificat ſuꝑ tabulā in modum crucis· deinde depoſita mitra dicit· Oremus·

Deſcendat qꝫ dn̄e deꝰ nr̄ ſpūs tuus ſuꝑ hoc altare: qui ⁊ populi tui dona ſanctificet ⁊ ſumentiū corda purificet· Per xp̄m dn̄ꝫ nr̄m· ℟· Amen· Poſtremo extergitᷣ tabula ꝑ miniſtros cū pāno lineo· Tum pontifex ſi velit acceptis pontificalibꝰ paramētis dicit miſſam ſupra ſub cōſecratione altaris ordinatā·

## ¶ De Cimiterij bn̄dictione·

Quanqꝫ pleriqꝫ aſſerāt Cimiterij benedictionē neceſſariā nō eſſe dicentes circuitus extra eccleſiā ⁊ Cimiterij aſperſiōes que fiūt quādo eccleſia dedicatᷣ ſufficere: ſuꝑ uacuū tamē nō eſt bn̄dictionē hmōi fieri· in qua hoc modo ꝓceditᷣ· ¶ Die ꝑcedēti ponuntᷣ in Cimiterio benedicendo qnqꝫ lignee cruces: videlicet vna altior ī medio: ⁊ quatuor alie: quelibet ad ſtaturā hominis: quarū vna in extremitate cimiterij ante crucem mediā· Alia in alia extremitate Cimiterij retro crucem mediā· Tertia in tertia extremi-

tate a dextr℥. ⁊ quarta ĩ quarta extremitate cimiterij a ſiniſtris cruc℥ medie: ⁊ ante quãlibet ex dictiſ quinqȝ crucib⁹ ponit̃ ſeu figitur in terrã aliquod lignũ: in eius ſũmitate aptum: ad affigendũ illi tres candelas: triũ vnciarũ quelibet vel circa. Scala vel aliud edificiũ ſup quo aſcẽdẽs põtifex poſſit attingere ſũmitates ipſaꝝ crucũ. Uas magnũ aqua plenum benedicenda. ⁊ vas cũ ſale. ¶ Mane vero põtifex in ſacriſtia parat⁹ Amictu: alba: cingulo: ſtola: pluuiali albi coloris: mitra ſimplici: ⁊ baculo paſtorali accedit cũ miniſtris ad cimiteriũ benedicendũ: vbi faldiſtoriũ ante crucem in medio poſitã ſibi parat̃: ſup quo reſidens: facit populo breuẽ ſermonez de ſanctitate ⁊ libertate Cimiterij. Qua facta affigunt̃ ⁊ accendunt̃ quindecim candele. tres ante quãlibet crucez ſup ligna vt ſupra ordinata. quibus ardentib⁹ pontifex ante mediã crucem ⁊ candelas cõſtitutus ſtãs depoſita mitra dicit. Oremus.

Omnipotẽs deus: qui es cuſtos animaꝝ ⁊ corporũ tuoꝝ fideliũ reſpice ꝓpiti⁹ ad noſtre ſeruitutis officiuz: vt ad introitũ noſtrũ purgetur: bene ✠ dicat̃: cõſe ✠ cret̃ ⁊ ſancti ✠ ficet̃ hoc cimiteriũ vt hũana corpa hic poſt vite curſum quieſcentia: poſt huius vite volumina: mereãtur adipiſci ꝑhẽnis gaudia vite. Per xp̃m dñm nr̃m. ℟. Amẽ.

Et mox ante ipſam crucẽ ſup faldiſtorio Pontifex accepta mitra accũbit: ⁊ cantor icipit ⁊ ꝓſequit̃ Letaniã. quã require ſupra ſub ordinatione Subdiaconi. Cũqȝ dictũ fuerit.

Ut obſequiuz ſeruitutis noſtre tibi ratiõabile facias. Te rogamus audi nos. Põtifex ſurgit ab accubitu: ⁊ baculuz paſtoralẽ in ſiniſtra tenẽs ꝑducit ſignum crucis ſuper cimiterium dicens primo.

Ut hoc cimiteriũ purgare et bene ✠ dicere digner℥. ℟. Te rogam⁹ audi noſ. Scdo dicit

Ut hoc cimiterium purgare bene ✠ dicere ⁊ ſancti ✠ ficare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Tertio dicit.

Ut hoc cimiterium purgare bene ✠ dicere ſancti ✠ ficare ⁊ conſe ✠ crare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Quo facto redit ad accubituz cantore Letaniã ꝑficiẽte. Qua finita ſurgit cũ mitra ab accubitu Pontifex: et ſtans iuxta aquã ibidem in vaſe parataz: benedicit eã et ſal ſimpliciter

put fit in dñicis diebus inci
piens abſolute cum mitra.
Exorcizo te creatura ſalis ꝛc.
Require ſup̃ ſub bñdictiõe et
ĩpoſitiõe primarij lapidis p̄
eccleſia edificanda. Aqua igi-
tur taliter benedicta accedẽs
ad crucem ante mediã poſitã
mitra ibidẽ depoſita inchoat
ſcola proſequente añam.




p̃s.
Miſerere mei deꝰ: ſm̄ mag
nam miſericordiaꝫ tuã.
totus dicit̃ cũ Gloria patri ꝛ
Sicut erat. Quo dicto añã re
petit̃. dum añã ꝛ pſalmus di
cunt̃ pontifex accepta mitra
circuit ꝛ pambulat totũ locũ
cimiterij: incipiẽs circuire ad
eius dexterã aſpergens aquã
benedictã vbiqꝫ. Expleto au-
tem circuitu rediẽs ante cru-
cem que eſt ante mediã depo
ſita mitra reſpiciens ad ipſaꝫ
crucem dicit. Oremus.

Deus qui es totius orbis
ꝛ humani generis redẽ-
ptor: cũctarũqꝫ creaturaꝝ vi
ſibiliũ ꝛ inuiſibiliuꝫ ꝑfectus
diſpoſitor: te ſupplici voce ac
puro corde expoſcimus: vt
hoc cimiterium ſiue polian-
drũ: in quo famulorũ famu-
larũqꝫ tuarũ requieſcere cor-
pora debent: poſt curricula
huiꝰ vite labẽtia purgare: ſan
cti✠ficare ꝛ bene✠dicere di
gneris: quiqꝫ remiſſionẽ om
niũ peccatoꝝ ꝑ tuã magnam
miſericordiã in te ↄfidentibꝰ
p̄ſtitiſti: corporibꝰ quoqꝫ eo-
rum ĩ hoc cimiterio quieſcen
tibus: ꝛ tubã primi archange
li hic expectantibꝰ: cõſolatio
nem ꝑpetuã largiter ĩpartire
Per xp̄m dñm nr̃m. ℞. Amẽ.
Deinde thurificat ipſam cru-
cem ꝛ figit in ſũmitate ipſius
vnã ex tribus candelis arden
tibus: et alias duas ſimiliter
ardentes ĩ duobus brachijs
eiuſdẽ crucis. Quo facto ac-
cepta mitra accedit ad cruceꝫ
retro mediã poſitã: aſpergen
do ſemꝑ aquã benedictã p̄ ci
miterium interim dicens cuꝫ
miniſtris ſequẽtes pſalmos

Domine ne in furore tuo arguas me: neq3 i ira tua corripias me.
Miſerere mei domine: qm̄ infirmus ſum ſana me dñe: qm̄ cõturbata ſunt oĩa oſſa mea.
Et aĩa mea turbata ẽ valde: ſed tu dñe vſq3quo.
Conuertere domine ⁊ eripe animã meã: ſaluũ me fac propter miſericordiam tuam.
Quoniã nõ eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno aũt quis confitebitur tibi.
Laboraui in gemitu meo lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meũ rigabo.
Turbatus eſt a furore ocul9 meus: inueteraui inter oĩes inimicos meos.
Diſcedite a me oẽs qui operamini iniquitatẽ: qm̄ exaudiuit dñs vocẽ fletus mei.
Exaudiuit dñs deprecationem meã: dominus orationẽ meam ſuſcepit.
Erubeſcant ⁊ cõturbenſ vehementer omnes inimici mei cõuertanſ et erubeſcãt valde velociter. ⁊ non diciſ Gloria patri. Pſalmus.
Beati quorum remiſſe ſũt iniquitates: ⁊ quorũ tecta ſunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit dominus peccatũ: nec eſt in ſpiritu eius dolus.
Qm̄ tacui ĩueterauerũt oſſa mea: dũ clamarẽ tota die.
Qm̄ die ac nocte grauata eſt ſup me manus tua: cõuerſus ſum in erumna mea dum cõfigitur ſpina.
Delictũ meũ cognitũ tibi feci: ⁊ iniuſticiã meã nõ abſcõdi.
Dixi confitebor aduerſũ me iniuſticiã meã dño: ⁊ tu remiſiſti impietatẽ peccati mei.
Pro hac orabit ad te oĩs ſanctus: in tẽpore oportuno.
Uerũtamen in diluuio aquarum multarũ: ad eum nõ approximabunt.
Tu es refugiũ meũ a tribulatione q̃ circũdedit me: exultatio mea erue me a circũdantibus me.
Intellectũ tibi dabo ⁊ ĩſtruã te: ĩ via hac qua gradieris firmabo ſup te oculos meos.
Nolite fieri ſicut equ9 ⁊ mulus: quib9 nõ eſt intellectus.
In chamo et freno maxillas eoꝝ conſtringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatorꝝ: ſperantes aũt in dño miſericordia circũdabit.
Letamini in dño et exultate iuſti: ⁊ gloriami oẽs recti corde. ⁊ nõ diciſ Gloria pꝛi. Quibus expletis põtifex ſtãs ante ipſa3 crucẽ: depoſita mitra

dicit. Oremus.

Domine ſancte pater omnipotens eterne de⁹: trina maieſtas ꝛ vna deitas. pater ꝛ filius ꝛ ſpūs ſanct⁹. Iuſticie auctor. venie largitor. bonoꝝ dator. ſanctitatis origo. cariſmatum diſtributor. omniūqꝫ ad te venientiū pius receptor. p̄ſta ꝓpiti⁹: vt hoc cimiteriū in honorē tuū ꝛ nomen ſancti tui talis diſpoſitum bene✠dici ꝛ ſancti✠ficari cōcedas: qui beato Abrahe patriarche famulo tuo: terram a filijs Effrem cōparatā in ſepulturaꝫ benedixiſti. ꝛ q̄ populo Iſrahelitico ꝓmiſſionis tellurē in euo durantē cōceſſiſti. famuloꝝ famularūqꝫ tuarū corporib⁹ in hoc cimiteriū intrantib⁹ quietis ſedem: ꝛ ab omni incurſiōe maloꝝ ſpirituū tutelā benign⁹ largitor tribuas: vt poſt animarū corporūqꝫ reſurrectionem coadunataꝫ: te donante atqꝫ cōcedente: beatitudinem ſempiternā ꝑcipere mereant̄: qui ī trinitate ꝑfecta viuis et regnas deus ꝑ omnia ſecula ſeculorū. ℟. Amen. Tum thurificat ipſam crucē: et figit in ſūmitate eius vnā et trib⁹ cādelis ardentib⁹: ꝛ alias duas in duob⁹ brachijs eiuſdē crucis: et accepta mitra vadit ad crucē ad dextram medie poſitam: aſpergēdo aquā benedictam per cimiteriū ꝛ dicendo cum miniſtris. ps.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ ī ira tua corripias me.

Quoniā ſagitte tue īfixe ſūt mihi: ꝛ confirmaſti ſuper me manum tuam.

Nō eſt ſanitas in carne mea: a facie ire tue nō ē pax oſſib⁹ meis a facie pctōꝝ meoꝝ.

Quoniā iniquitates mee ſupergreſſe ſūt caput meū: ꝛ ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me.

Putruerunt ꝛ corrupte ſunt cicatrices mee: a facie inſipiētie mee.

Miſer factus ſum et curuat⁹ ſum vſqꝫ in finē: tota die contriſtatus ingrediebar.

Quoniaꝫ lumbi mei impleti ſunt illuſionib⁹: ꝛ nō eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum ꝛ humiliatus ſum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te oē deſideriū meū: ꝛ gemitus meus a te nō eſt abſconditus.

Cor meū conturbatū eſt in me: dereliquit me virtus mea ꝛ lumē oculoꝝ meorū ꝛ ipſū nō eſt mecum.

Amici mei ꝛ proximi mei ad-

uerſum me appropinquaue-
runt: ⁊ ſteterunt.
Et qui iuxta me erāt de lōge
ſteterūt: ⁊ vim faciebant qui
querebāt animā meam.
Et qui inquirebāt mala mi-
hi: locuti ſūt vanitates: ⁊ do-
los tota die meditabanť.
Ego autē tanq̄z ſurdus non
audiebam: et ſicut mutus nō
aperiens os ſuum.
Et factꝰ ſum ſicut homo nō
audiens: et nō habens in ore
ſuo redargutiones.
Quoniā in te dn̄e ſperaui: tu
exaudies me dn̄e deus meꝰ.
Quia dixi nequādo ſupgau-
deant mihi inimici mei: et dū
cōmouenť pedes mei ſup me
magna locuti ſunt.
Quoniam ego in flagella pa
ratus ſum: et dolor meus in
conſpectu meo ſemper.
Quoniā iniquitatē meā ego
annunciabo: et cogitabo pro
peccato meo.
Inimici aūt mei viuūt ⁊ con-
firmati ſūt ſup me: ⁊ mltipli-
cati ſūt q oderūt me inique.
Qui retribuūt mala pro bo-
nis detrahebāt mihi: quoniā
ſequebar bonitatem.
Nō derelinquas me dn̄e deꝰ
meus: ne diſceſſeris a me.
Intende i adiutoriū meū: do
mine deus ſalutis mee. ⁊ non
diciť Gloria pr̄i. Quo dicto
pontifex ſtās ante ipſā crucē
depoſita mitra dicit. Oremꝰ.
Domine deus: paſtor eter
ne glorie: lux ⁊ honor ſa
piētie. cuſtos ⁊ vigor prudē-
tie. ſalus egrotantiū. valitu-
do potentiū. meſtoꝝ ſolamē
vita iuſtorū: et gloria humi-
liū: te ſupplices flagitamꝰ: vt
hoc ſeruoꝝ tuorū cimiteriū:
ab omni ſpurcitie inqnamen
to: ⁊ īmundoꝝ ſpirituū inſi-
dijs: cuſtodire: mūdare ⁊ be-
ne ✠ dicere digneriꝭ: atq̄z cor-
poribus humanis in hūc lo-
cum aduenientibꝰ: ſincerita-
tem perpetuā tribuere nō de-
ſinas: vt quicūq̄z baptiſmi ſa
cramentū pceperint: ⁊ catho
lice fidei documēta tenuerit:
atq̄z decurſo huiꝰ eui termi-
no corpora ſua in hoc cimite
rio requiei cōmēdauerit: hic
habeant te pſidente corporū
ſuoꝝ requiei ſedem: donec in
extremi iudicij die: āgelis cō-
crepantibꝰ tubis: animas ſi-
mul cuz corporibꝰ ſurgere de
puluere: ⁊ ad dexterā partem
cū ſanctis tuis aggregari p-
mittas. Per xp̄m dn̄m nr̄m.
℟. Amen. Deinde thurificat
ipſam crucē: ⁊ figit in ſūmita
te eius vnā ex tribus cādelis
ardentibus: et alias duas in
duobus brachijs ipſius cru
cis. Tū accepta Mitra vadit

ad crucē que eſt ad ſiniſtram
medie crucis poſita: aſpergē-
do ſemꝑ aquā benedictā per
cimiteriū dicēdo cū miſtris.

Domine exaudi ora- ps.
tionem meam: ⁊ clamor
meus ad te veniat.
Non auertas faciē tuā a me:
in quacūqꝫ die tribulor inclī
na ad me aurem tuam.
In quacūqꝫ die inuocauero te
velociter exaudi me.
Quia defecerunt ſicut fumꝰ
dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut cre-
mium aruerunt.
Percuſſus ſū vt fenū ⁊ aruit
cor meum: qꝛ oblitus ſum co
medere panem meū.
A voce gemitus mei adheſit
os meū: carni mee.
Similis factꝰ ſum pellicano
ſolitudinis: factus ſum ſicut
nocticorax in domicilio.
Uigalaui: ⁊ factus ſum ſicut
paſſer ſolitarius in tecto.
Tota die exprobrabāt mihi
inimici mei: ⁊ qui laudabant
me aduerſum me iurabāt.
Quia cinerē tanqꝫ panē man
ducabam: et poculuꝫ meū cū
fletu miſcebam.
A facie ire indignatiōis tue:
quia eleuans alliſiſti me.
Dies mei ſicut vmbra decli-
nauerūt: ⁊ ego ſicut fenū arui
Tu autē dñe ineternū ꝑma-
nes: ⁊ memoriale tuū in gene
ratione ⁊ generationē.
Tu exurgēs miſereberis ſyō:
quia tempus miſerendi eius
quia venit tempus.
Quoniaꝫ placuerunt ſeruis
tuis lapides eiuſ: ⁊ terre eius
miſerebuntur.
Et timebūt gētes nomē tuū
dñe: ⁊ omnes reges terre glo
riam tuam.
Quia edificauit dñs ſyon: ⁊
videbit̃ in gloria ſua.
Reſpexit ī orationē humiliū:
⁊ nō ſpreuit precem eoꝝ.
Scribant̃ hec in generatione
altera: ⁊ populus qui creabi-
tur laudabit dominū.
Quia ꝓſpexit de excelſo ſan-
cto ſuo: dominus de celo in
terram aſpexit.
Ut audiret gemitꝰ compedi-
torū: vt ſolueret filios inter-
emptorum.
Ut annūcient in ſyon nomē
dñi: ⁊ laudē eius in hieruſalē
In ꝯueniēdo populos ī vnū
⁊ reges vt ſeruiant dño.
Reſpondit ei in via virtutis
ſue: paucitatem dierū meorū
nuncia mihi.
Ne reuoces me ī dimidio die
rum meorū: in generatione ⁊
generationē anni tui.
Initio tu dñe terraꝫ fūdaſti:
⁊ opera manuū tuaꝝ ſūt celi.
Ipſi peribūt tu autem ꝑma-
nes: ⁊ omnes ſicut veſtimen-

tum veteraſcent.
Et ſicut opertoriũ mutabis
eos et mutabunt̃: tu autẽ idẽ
ipſe es: ⁊ anni tui nõ deficiẽt
Filij ſeruorum tuorũ habita
bunt: ⁊ ſemen eorũ in ſeculuꝫ
diriget̃. et nõ dicitur Gloria
patri. Quo dicto ſtans ante
ipſaꝫ crucem depoſita mitra
dicit. Oremus.
Domine Jeſu xp̃e: qui cor
pus humanũ de terra ꝑ
angelica reparatiõe formaſti
in te pro redẽptione aſſump
ſiſti: in terrã pro conditione
carnis reſoluis: et de terra ꝑ
ĩmortalitate reſuſcitas: hanc
terrã queſumus ad vſum ſe
pulture de benedictiõe tui ſe
pulti corporis cõſecrare dig
nare: ⁊ in baptiſmate tibi cõ
ſepultos ĩ natura carnis hic
ſepeliẽdos: ſub ſpe tue reſur
rectionis: in tue redẽptionis
miſericordia requieſcere con
cede: qui venturꝰ es iudicare
viuos ⁊ mortuos: ⁊ ſeculũ ꝑ
ignem. ℞. Amen. Tum thuri
ficat ipſam crucẽ ⁊ figit in eiꝰ
ſũmitate vnam de tribus cã
delis ardentibꝰ: ⁊ alias duas
in duobꝰ brachijs eiuſdẽ cru
cis: et accepta mitra reuertit̃
ad crucem mediaꝫ aſpergẽdo
ſemꝑ per cimiterium aquam
benedictam dicendo cum mi
niſtris ſequentes. ps.

De profundis clamaui ad
te domine: domĩe exau
di vocem meam.
Fiant aures tue intendẽtes:
in vocẽ depcationis mee.
Si iniquitates obſeruaueris
dñe: dñe quis ſuſtinebit.
Quia apud te ꝓpitiatio eſt: ⁊
ꝓpter legẽ tuã ſuſtinui te dñe
Suſtinuit aĩa mea in verbo
eiꝰ: ſperauit aĩa mea in dño.
A cuſtodia matutia vſqꝫ ad
noctẽ: ſperet iſrael in dño.
Quia apud dñꝫ miſĩcordia:
et copioſa apud eũ redẽptio.
Et ipſe redimet iſrael: ex om
nibus iniquitatibꝰ eius. ⁊ nõ
dicit̃ Gloria pr̃i. Alius ps.
Domine exaudi orationẽ
meã auribꝰ percipe obſe
crationẽ meã in veritate tua:
exaudi me in tua iuſticia.
Et nõ intres in iudiciũ cum
ſeruo tuo dñe: qꝛ nõ iuſtifica
bit̃ ĩ cõſpectu tuo oĩs viuẽs.
Quia ꝑſecutꝰ eſt inimicꝰ aĩaꝫ
meã: hũiliauit ĩ t̃ra vitã meã.
Collocauit me ĩ obſcuris ſi
cut mortuos ſeculi: ⁊ anxiatꝰ
eſt ſuꝑ me ſpiritꝰ meus in me
turbatũ eſt cor meum.
Memor fui dierũ antiquorũ
meditatꝰ ſum in omnibꝰ ope
ribus tuis: in factis manuuꝫ
tuarũ meditabar.
Expãdi manꝰ meas ad te aĩa
mea: ſicut terra ſine aq̃ tibi.

Velociter exaudi me dñe: qꝛ defecit ſpiritus meus·
Nõ auertas faciẽ tuã a me: ⁊ ſilis ero deſcẽdentib⁹ in lacũ
Auditã fac mihi mane miſe-ricoꝛdiã tuã: qꝛ ĩ te ſperaui·
Notã fac mihi viã in q̃ ãbulẽ qꝛ ad te leuaui aĩam meã·
Eripe me de inimicis meis dñe ad te ꝯfugi: doce me facẽ volũtatẽ tuã: qꝛ de⁹ me⁹ es tu
Spirit⁹ tu⁹ bon⁹ deducet me ĩ terrã rectã: ꝓpter nomen tuũ dñe viuificab me ĩ eqtate tua
Educes de tribulatiõe aĩam meã: ⁊ in miſericoꝛdia tua diſperdes oẽs inimicos meos·
Et ꝑdes oẽs q tribulãt aĩaꝫ meã: qm̃ ego ſeru⁹ tuus ſum· et nõ dicit Gloꝛia pr̃i· Quib⁹ finitis pontifex ſtans ante ipſam crucẽ mediaꝫ depoſita mitra dicit· Oꝛemus·

Adeſto q̃ſumus dñe deus obſequijs noſtris: in nomine tuo huc locum viſitantibus: noſtre fragilitatis miniſterio· ⁊ ſicut benedixiſti ꝑ manus ſeruoꝛũ tuoꝛũ Abꝛahe· Iſaac ⁊ Jacob terrã ſepulture ſue peregrinationis· Ita queſum⁹ domine bene ✠ dicere: cõſe ✠ crare: ⁊ ſancti ✠ ficare digneris hoc cimiteriuꝫ: precio vnigeniti filij tui domini noſtri Jeſu xp̄i ſanguis typice comparatũ: ad noſtre peregrinatiõis coꝛpoꝛa quieſcenda: donec per eundẽ dominũ noſtruꝫ Jeſum xp̄m de puluere ad gloꝛiaꝫ dones reſurgenda: qui tecum viuit et regnat ĩ vnitate ſpirit⁹ ſancti deus· Deinde mediocri voce extenſis manib⁹ ante pectus dicit pꝛefationem·



Per oĩa ſecula ſeculoꝝ· ℟·



Amẽ· ℣· Dñs vobiſcũ· ℟· Et



cũ ſpiritu tuo· ℣· Surſũ coꝛ



da· ℟· Habem⁹ ad dominũ·



℣· Gr̃as agam⁹ domino deo



nr̃o· ℟· Dignũ et iuſtũ eſt·


Vere dignū ⁊ iuſtū eſt equū
⁊ ſalutare. Nos tibi ſemꝑ et
vbiq; gr̃as agere. Domine
ſancte pater oĩpotens eterne
deus. ꝑ xp̄m dominū nr̃m.
Qui es dies etern⁹. Lux inde
ficiēs. claritas ſempiterna.
Qui ſic ſequaces ſuos in lucē
ꝑcipit ambulare: vt noctis
eterne valeāt caliginē euade
re. ⁊ ad lucis patriā feliciter
ꝑuenire. Qui ꝑ humanitatē
aſſūptā Lazarū fleuit. ꝑ di-
uinitatis potentiā vite reddi
dit. atq; hūanū gen⁹ quadri-
fida peccatoꝝ mole obrutū



ad vitā reduxit· p̄ quē te dn̄e



ſuppliciter dep̄camur· q̄ten⁹



q in hoc ſepelient̄ poliādro



in nouiſſimo cū tube pſtre-



perint angelorū· a peccatorū



nerib⁹ abſoluti· ⁊ eterne feli-



citati redditi· ⁊ ſctōꝝ cetib⁹



cōnumerati· te q̄ es vita eter-



na benignū ⁊ miſericordē īue



niāt· vt te auctorē vite exultā



tes· cū oībus ſctis collaudēt

Quod ſequit̄ dicit plane legē do ita tamen ꝙ a circūaſtan- tibus audiatur· Per dn̄m noſtrum Jeſum xp̄m filiū tuum qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per oīa ſecula ſeculoꝝ· ℟· Amen·

Tum thurificat crucem ipſā et figit in ſūmitate eius vnā de tribus cādelis ardentib⁹· ⁊ alias duas in duobus brachijs eiuſdem crucis· quo facto ſtans verſus ipſam crucē dicit· Oremꝰ· ⁊ miniſtri· Flectamus genua: Leuate·

Domine ſancte pater omnipotens eterne de⁹: bonorū omniū ſanctificator: ⁊ ī meli⁹ reformator: a quo ⁊ per quē oīs bn̄dictio de celis deſcēdit ī terris: bn̄ ✠ dicere dignare locū iſtū: vt ſit poliandrū ſeu cimiteriū: dulcis re-

quies ⁊ pauſatio moꝛtuoꝛū:
quoꝛū aīe quarū coꝛꝑa hic ſe
pulta vl' ſepelieda ſūt: iocūdi
tatis tue dulcedine potiant̄:
ſintq̄ȝ interim in ſuperna hie
ruſalē gaudentes et letantes:
donec ī magni iudicij die de
ſepulchꝛis ꝓꝑꝛia coꝛpoꝛa reci
piant: ⁊ ſic venienti dn̄o ad iu/
dicandū obuiam cum fructu
bone operationis occurrant
Per dominū ⁊c. ℟. Amen.
His pactis pontifex ſolemni
ter benedicit populo dicēs.
Sit nomē dn̄i benedictū ⁊c.
Deinde intrat eccleſiā: ⁊ ſi ve
lit parat ſe ad miſſam. ſi vero
celebꝛare noluerit: facit ꝑ ali
quem ſacerdotē ſolēniter cele
bꝛari. Miſſa dicit̄ de die: ⁊ cū
oꝛatiōe diei dicitur ſub vno
Per dominū ſequēs oꝛatio.
Deus cui⁹ miſeratiōe ani
me fideliū requieſcunt:
huic cimiterio queſumus an
gelum tuum ſanctum depu
ta cuſtodem: ⁊ quoꝛum qua
rūq̄ȝ coꝛpoꝛa hic ſepeliūtur:
animas eoꝝ ab omnib⁹ abſol
ue vinculis delictoꝝ: vt in te
ſemꝑ cuȝ ſanctis tuis ſine fi
ne letent̄. Per dominū ⁊c Cū
ſecreta diei dicit ſub vno Per
dominū ſequens ſecreta.
Munera dn̄e oblata ſancti
fica: ⁊ qui teipſum in ſe
pulchꝛo poni voluiſti: ⁊ exē
plum reſurgēdi fidelib⁹ tuis
largiri dignatus es: da q̄s fi
deliū tuoꝝ animab⁹ hic in te
quieſcentib⁹ veniā peccatoꝛū
vt hec ſalutaris hoſtia: ſit re
mediū ⁊ requies animaꝝ eo
rum ⁊ coꝛpoꝛū. Per dn̄m ⁊c.
Cum poſtcōm. diei dicit̄ ſub
vno ꝑ dn̄m ſequēs poſtcō.
Munerib⁹ ſacris ſatiati q̄
ſumus dn̄e de⁹ noſter:
vt plebs tua que in futuro a
moꝛte coꝛpoꝛis reſurrectura
creditur: te miſerante a moꝛ
te anime reſurgere mereatur.
Per dn̄m nr̄m ⁊c.

¶ De eccleſie ⁊ cimiterij
reconciliatione.

Eccleſie et Cimiterij
reconciliatio omni
die fieri pōt. ¶ Eſt
tamen notandū ꝙ
vbi cimiterium eſt eccleſie cō
ſecrate coniunctū: dicūt qui
dam ꝙ vna et eadem eſt con
ſecratio Eccleſie et Cimiterij.
Nam circuitus extra eccleſiaȝ
⁊ aſperſiones que fiunt in cō
ſecratione eccleſie loco bene
dictionis cimiterij habentur
⁊ ꝓpterea alia benedictio ne
ceſſaria nō eſt: ꝓꝛout etiaȝ ſu
pꝛa dictū eſt. Unde cum vna
⁊ eadem ſit vtriſq̄ȝ cōſecratio
⁊ imunitas. altero eoꝛuȝ vio
lato vel polluto: vtrūq̄ȝ exe
cratū: ꝓphanatū: violatū ſeu

pollutũ eſſe cenſet̃: quia vni-
tas diuiſionem non capit· et
ideo vna ⁊ eadẽ debet eſſe for
ma recõciliationis vtriuſqȝ:
quoniã par eſt ius ligandi et
ſoluendi: ⁊ vnuũquodqȝ ſuo
genere ſolui debet quo liga-
tum eſt· Idem dicendũ eſt in
eccleſia nõ cõſecrata: cũ eius
⁊ cimiterij ei coherentis: vna
et eadeȝ ĩmunitas habeat̃· In
pleriſqȝ locis vſus interpre-
tat̃: vt eccleſia violata vel pol
luta: cimiteriuȝ illi coherens
violatũ vel pollutuȝ eſſe iux-
ta p̃miſſa intelligatur: ſed nõ
econuerſo: cũ eccleſia et eius
cõſecratio dignior ſit ⁊ prin-
cipalis· Alicubi vero eccleſia
violata vl' polluta: cimiteriũ
violatũ vel pollutuȝ minime
reputatur· In reconciliatiõe
itaqȝ eccleſie ſimul et cimite-
rij hoc modo procedit̃· ¶ In
primis in mane diei qua recõ
ciliatio fieri debet· parat̃ fal-
diſtoriũ ſuper tapeten in me
dio cimiterij: ⁊ altare eccleſie
omnino nudat̃· parant̃ etiaȝ
duo vaſa cuȝ aqua· vnũ in ci-
miterio: et aliud in eccleſia in
p̃ſbyterio: ⁊ ibidẽ vnũ vas vi
ni· Vas cũ ſale· Vas cũ cineri
bus et aſperſorium de herba
Iſopi factuȝ· prouidet̃ etiam
ꝙ eccl'ia poſſit libere circuiri
Si vero eccleſia tantuȝ ſit re-
conciliãda: paratur faldiſto-
rium ſuper tapeten ante por-
tam principaleȝ eccleſie: ⁊ ibi
dem vas cum aqua ⁊ aſperſo
rium de herba Iſopi factũ: ac
alia in eccleſia que ſupra ſunt
ordinata· Quibus omnibus
ſic paratis pontifex in ſacri-
ſtia vel alio condecenti loco
ornatus Amictu: alba: cingu
lo: ſtola: pluuiali albo: mitra
ſimplici: et baculo paſtorali
ꝓcedit ad cimiteriuȝ ſi eſt re-
conciliandũ: al's ante portaȝ
principalem eccleſie: vbi ſtãs
iuxta faldiſtorium ſibi para-
tum benedicit aquã ibideȝ in
vaſe poſitã ſimpliciter cũ ſa-
le: ꝓut habet̃ ſup̃ i bñdictiõe
et ĩpoſitiõe primarij lapidis
pro eccleſia edificãda· Aqua
igit̃ benedicta põtifex ſine mi
tra ĩchoat ſcola ꝓſeq̃nte añaȝ





babor· Euouae· ps·
Miſerere mei de⁹: ſm mag
nam miſericordiaȝ tuã·
totus dicit̃ cũ Gloria patri· ⁊
Sicut erat Quo finito añã re
petit̃· Interim dũ añã ⁊ pſal
mus dicunt̃ põtifex accepta
mitra aſpergit cũ ipſa aqua i
circuitu de foris eccleſiã ⁊ ci
miterium ſimul: aſpergendo
aquã alternatim: nũc ad mu
rum eccleſie: nũc ad terram ci
miterij: ⁊ ſpecialiter loca con
tamiata: quo facto rediẽs ad
locũ vbi aquã benedixit ſtãs
depoſita mitra dicit Oremꝰ·
Omnipotẽs ⁊ miſericors
deus qui ſacerdotibus
tuis tantã pre ceteris gratiaȝ
contuliſti: vt quicqd in tuo
noie digne perfecteqȝ ab eis
agitur: a te fieri credat̃: queſu
mus imenſam clementiã tuã:
vt quod modo viſitaturi ſu
mus viſites: et quicqd bene
dicturi ſumus bene ✠ dicas·
ſitqȝ ad noſtre humilitat⁹ in
troitum: ſanctorũ tuoꝝ meri
tis fuga demonũ: ⁊ angeli pa
cis ingreſſus· Per xp̄m dñm
noſtrum· ℟· Amen· Deinde
iterũ dicit· Oremus· et mini
ſtri Flectam⁹ genua: Leuate·

Aufer a nobis dñe cũctas
iniquitates noſtras: vt
ad loca tuo ſãcto nomini pu
rificãda: puris mereamur mẽ
tibus accedere· Per xp̄m do
minũ noſtrũ· ℟· Amen· Et ſi
eccleſia reconciliat̃ ſine cimi
terio obmittit̃ ſequẽs oratio
Si vero eccleſia ſimul cum ci
miterio reconciliat̃: pontifex
finita p̄cedẽte mox dicit Ore
mus· et miniſtri· Flectamus
genua: Leuate·
Domine pie qui agrum fi
guli: precio ſanguis tui
in ſepulturam peregrinoꝝ
cõparari voluiſti: queſumuſ
dignanter reminiſcere clemẽ
tiſſimi hui⁹ myſterij tui· Tu
es enim domine figulus no
ſter· tu quiet⁹ noſtre ager· tu
agri huius es precium· tu de
diſti etiam ⁊ ſuſcepiſti· tu de
precio ⁊ in precio tui viuifici
ſanguinis nos quieſcere feci
ſti ⁊ donaſti· tu ergo domine
qui es offenſionis noſtre cle
mentiſſim⁹ indultor· expecta
tiſſimuſ iudicator· iudicij tui
ſupabũdãtiſſim⁹ miſerator
iudiciuȝ tue iuſte ſeueritatis
abſcondẽs· poſt miſerationẽ
tue pie redemptionis· adeſto
exauditor ⁊ effector noſtre re
conciliationis· hocqȝ cimite
rium mauſeolum peregrino
rũ tuoꝝ celeſtis patrie inco

latuꝫ expectantiū: benignus
purifica ⁊ recōcilia: et hic tu-
mulatoꝝ ⁊ tumulandoꝝ cor-
pora: de potētia ⁊ pietate tue
reſurrectionis: ad gloriaꝫ in-
corruptionis: nō damnans:
ſed glorificans: reſuſcita: qui
venturus es iudicare viuos ⁊
mortuos ⁊ ſeculū ꝑ ignē. ℟.
Amen. Poſtea cantor incipit
Letaniā ⁊ pōtifex accepta mi-
tra ingredit̄ eccleſiaꝫ cū clero
cantando eaꝫ: accedit ante al-
tare maius corā quo parat̄ et
faldiſtoriuꝫ ſup qđ pontifex
ꝓcumbit. Cūqꝫ dictū fuerit.

Ut obſequiuꝫ ſeruitutis no-
ſtre tibi ratiōabile facias. Te
rogamus audi nos. Pōtifex
ſurgit de accubitu ⁊ baculuꝫ
paſtoralem in ſiniſtra tenēs:
ꝓducit ſignū crucis ſup alta-
re: eccleſiā ⁊ cimiteriū dicēs.

Ut hanc eccleſiam ⁊ altare
hoc ac cimiteriū purga-
re et recon ✠ ciliare digneris
℟. Te rogam⁹ audi nos. Se-
cundo dicit.

Ut hanc eccleſiā ⁊ altare hoc
ac cimiteriū purgare: recō- ✠
ciliare ⁊ ſacti ✠ ficare digne-
ris. ℟. Te rogam⁹ audi nos.
Tertio dicit.

Ut hanc eccleſiā ⁊ altare hoc
ac cimiterium purgare recon
✠ ciliare: ſancti ✠ ficare ⁊ cō
ſe ✠ crare digneris. ℟. Te ro-
gamus audi nos. Si autē ci-
miteriū nō ſit pollutum ⁊ ſic
neqꝫ reconciliandum: nō fit
de cimiterio mētio. Quibus
dictis iteruꝫ ſup faldiſtorio
accumbit cantore Letaniā re-
ſumente ⁊ ꝑficiente. qua fini-
ta pontifex ſurgit ⁊ depoſita
mitra ſtans verſus ad dictū
altare dicit. Oremus. ⁊ mini-
ſtri. Flectam⁹ genua: Leuate.

Deus qui peccati veteris
hereditariā mortem: in
qua poſteritat⁹ genus omne
ſucceſſerat: xp̄i filij tui domi-
ni noſtri paſſiōe ſoluiſti: da
propitius vt cōformes eideꝫ
effecti: ſicut imagineꝫ terreni
parētis nature neceſſitate ge-
rimus: ita imaginem celeſtis
gratie ſanctificatione porte-
mus per virtuteꝫ xp̄i filij tui
domini noſtri: qui tecū viuit
⁊ regnat in vnitate ſpirit⁹ ſan-
cti deus per omnia ſecula ſe-
culorū. ℟. Amen. Deinde pō-
tifex genuflectit an̄ faldiſto-
rium predictum: ⁊ ſine mitra
cantando dicit prout etiā ha-
bet̄ ſup̄ in eccleſie dedicatiōe.

Deus in adiutorium meū in-
tende. Tum ſurgit pontifex
⁊ chorus reſpondet.

Domine ad adiuuanduꝫ me
feſtina. Tunc pontifex ſtans
ſine mitra dicit.

Gloria pr̄i et filio et ſpiritui

ſancto. Chorus reſpondet.
Sicut erat ī principio et nūc ⁊ ſemp̄ ⁊ in ſecula ſeculorum amē. abſqʒ Alleluia. Idem fit eiſdē modo ⁊ loco ſcđo ⁊ tertio: voce ſemp̄ altius eleuata Quib⁹ dictis pontifex ſtans in eodem loco accepta mitra benedicit aliam aquā ibidem in presbyterio in aliquo vaſe paratam cum ſale cinere ⁊ vino incipiens abſolute.
Exorcizo te creatura ſalis ⁊c. ꝑut habet̄ ſupra ī dedicatiōe eccleſie in ſecūde aque benedictiōe ꝯtinuās vſqʒ ad orōnē.
Omnipotēs ſempiterne de⁹ creator ⁊ cōſeruator humani generis ⁊c. incluſiue. Qua dicta pōtifex inchoat ſcola ꝓſequente antiphonā.




eum a facie eius. Euouae.
In eccleſijs benedicite deo domino: de fontibus iſrael. Ps. Repetitur aña.
Ibi beniamin adoleſcentul⁹ in mētis exceſſu. Aña repetit̄
Principes iuda duces eorū: p̄ricipes zabulon ⁊ principeſ neptalim. Repetit̄ aña.
Manda deus virtuti tue: cōfirma hoc deus qđ operatuſ es in nobis. Aña repetitur.
A templo ſancto tuo in hieruſalē: tibi offerent reges munera. Repetitur aña.
Increpa feras arundinis cōgregatio taurorum in vaccis populorū: vt excludant eos qui probati ſunt argēto. Antiphona repetitur.
Diſſipa gentes que bella volunt: veniēt legati ex egypto: ethiopia ꝓueniet manuſ eius deo. Repetitur aña.
Regna terre cātate deo: pſallite domino. Aña repetitur.
Pſallite deo q̄ aſcēdit ſup̄ celū celi: ad orientē. Repetit̄ aña.
Ecce dabit voci ſue vocē virtutis: date gloriaʒ deo iſrael: magnificentia eius ⁊ veritas eius in nubibus. Aña repetit̄
Mirabilis de⁹ in ſanctis ſuis deus iſrael ipſe dabit virtutē ⁊ fortitudinē plebi ſue: benedictus deus. ⁊ nō dicit̄ Gloria p̄ri. ſed aña repetit̄. Interim dum aña ⁊ pſalm⁹ p̄dicti dicūt̄. Pōtifex accepta mitra circuit ter eccleſiā itrinſecus.

aſpergendo in primo circui-
tu parietes i ſuperiori parte.
In ſecūdo autem in inferiori
parte earū. In tertio vero pa
uimentū eccle. aſpergit etiaꝫ
ſpecialiter loca contaminata
quādo eccleſia pricipaliter ē
polluta vel violata. Quo fa-
cto pontifex ſtans in pſbyte-
rio cū mitra verſus ad altare
(dicit.

Deum indultorē criminū: deum ſordiuꝫ
mūdatorē. deū qui corꝛeptuꝫ
peccatis originalibꝰ mundū
aduentus ſui nitore purifica
uit: fratres chariſſimi ſuppli
ces depcemur: vt contra dia-
boli furentis inſidias nobis
fortis ꝓpugnator aſſiſtat: vt
ſiquid eius viroſa calliditate
quotidianis inſectationibuſ
maculatū in loco iſto corꝛu-
ptumqꝫ fuerit: efficiat̄ celeſti
miſeratione purgatū: atqꝫ in
priorē ſtatū i integrū reſtitu
tū qđ fuerat diabolica frau-
de pollutū. qꝛ ſicut illius eſt
ſolidum perfectūqꝫ quaſſare
ita auctoris ⁊ creatoris nr̄i ē
lapſa reſtituere: nutantia ſta
bilire: et corꝛupta purgare: q
cum deo patre et ſpiritu ſan-
cto viuit ⁊ regnat deus. De-
inde dpoſita mitra mediocri
voce extenſis manibus ante
pectus dicit prefationē.




vbiq3 gratias agere·domine
ſancte pater oīpotens eterne
deus·Cui⁹ imēſa bonitas vt
nō habuit principiū·ita neq3
terminū habet·Qui diuīa na
turaliq3 pietate plen⁹ eligis
in nobis magis reſtituere ꝑ⁄
dita q̄3 ꝑcutere peritura·Et
ſiqd aut negligētia polluit·
aut ira cōmittit·aut ſtimulat
ebrietas·aut libido ſubuer⁄
tit·hoc domine clemēti pa⁄
tiētia ſuſtines·vt ante ꝑ gra
tiā purifices·q̄3 ꝑcutias per
furorē·Et operis tui ꝓuidus
plaſmator·eligis poti⁹ erige⁄


re iacentia· q̃ȝ punire dānan
da· Te domine ſupplices de-
precamur· vt hui⁹ tabernacu-
li receptaculuȝ placat⁹ aſpi-
cias· ⁊ altare tuū qđ īſectan
tis ē inimici fraude pollutū·
per infuſioneȝ gratie celeſtis
purifices· purificatū poſſide

as· poſſeſſūqȝ ne deīceps ali-
qua labe ſordeſcat cuſtodias
Abſint in poſterū oēs neq̄tie
ſpirituales· ⁊ ꝓcul eliminent̄
extinguant̄ antiqui ſerpētis
machinamentū ⁊ inuidia· et
cū omnib⁹ fraudib⁹ ſuis dia
boli turma ꝓcul pellat̄· Effe-


rat ſecū maculā quā ingeſſit.
⁊ perbēnib⁹ qñq3 ſupplicijs
deputandus. operū ſuoꝝ ſe-
mina ſecū colligat peritura.
Nihil hic ī poſterū noceat p̄-
teriti c a cōtagij. Nihil ſit
qđ remaneat inimici fraude
pollutū. qñ qdē ſpūs tui eſt
infuſiōe purgatū. Reſurgat
eccleſie tue pura ſimplicitas
⁊ cādoꝛ īnocētie hacten⁹ ma-
culat⁹ dū receperit gratiā re-
ſurgat ad gloꝛiā: vt populo-
rū hic turba ꝯueniēs. dū peti
tiōis īgerit vota votoꝝ ſuoꝝ
ſentiat ſe obtinuiſſe ſuffragia

Qđ ſequit̃ dicit plane legendo ita tñ ꝙ a circũſtãtib⁹ audiri poſſit. Per dominũ nr̃m Jeſum xp̃m filiuꝫ tuũ: qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti deus per oĩa ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen. Poſt hec põtifex accepta mitra aſcendit ad altare ꝛ ibi inchoat ſcola ꝓſequente antiphonã.



Introibo ad altare dei: ad



deum qui letificat iuuẽtutẽ



meam. Euouae. Pſ.

Judica me deus ꝛ diſcerne cauſam meaꝫ de gente nõ ſancta: ab homĩe iniquo ꝛ doloſo erue me.

Quia tu es deus fortitudo mea quare me repuliſti ꝛ q̃re triſtis incedo: dũ affligit me inimicus.

Emitte lucem tuã ꝛ veritatẽ tuã: ipſa me deduxerũt et adduxerũt ĩ montẽ ſanctũ tuũ: ꝛ in tabernacula tua.

Et itroibo ad altare dei: ad deũ q letificat iuuẽtutẽ meã.

Cõfitebor tibi ĩ cythara de⁹ deus me⁹ quare triſtis es aĩa mea: ꝛ quare cõturbas me.

Spera in deo qm̃ adhuc cõfitebor illi: ſalutare vult⁹ mei ꝛ deus meus. Et nõ dicit̃ Gloria patri. ſed aña repetit̃. qua repetita põtifex depoſita mitra dicit. Oremus. ꝛ miniſtri Flectamus genua: Leuate.

Deus qui ĩ oĩ loco dominationis tue clemẽs ac benign⁹ purificator aſſiſtis: exaudi nos queſum⁹ ꝛ ꝯcede: vt in poſterũ ĩuiolabilis huius loci ꝑmaneat cõſecratio: et beneficia tui muneris vniuerſitas ſctẽ eccleſie que ſupplicat ꝑcipere mereat̃. p xp̃m dñm noſtrũ. ℟. Amen. Deinde ſtans ibideꝫ inchoat ſcola proſequente antiphonã.

Cõfirma hoc de⁹ qđ operatus es in nobis: a tẽplo ſancto tuo qđ eſt in hieruſalem. Pſalmus.

Exurgat deus ꝛ diſſipentur inimici ei⁹: ꝛ fugiãt qui oderũt eum a facie eius. ꝛ dicit̃ totus cũ Gloria pr̃i. ꝛ Sicut erat. ꝓut habet̃ ſup̃ cũ aña ꝓdicta in fine benedictionis Abbatis. Incepta aña põtifex accipit mitrã ſtans cum ea in dicto loco vſqꝫ ad fineꝫ pſ. quo dicto pontifex depo

ſita mitra ſtans adhuc ibidẽ dicit. Oremus.

Deus qui eccleſiaȝ tuã de omnib⁹ mũdi finib⁹ cõgregatã: per tui lateris admirabile ſacramentuȝ: cunctarũ gentiũ matrẽ eſſe dixiſti: quã etiã populoꝝ varietate depictam: ſanctoꝝ martyrũ meritis decoraſti: purificare ꝛ recõciliare digneris hãc orationis domũ: ꝛ renoua in ea tue ſanctificatiõis gratiã: ꝛ diuini tui muneris ĩpartire largitatem: te etiã queſum⁹ dñe: vt ſanctoꝝ tuoꝝ opitulãte ſuffragio: hoc mũdare ꝛ purificare digneris altare: qđ eorũ exornat̃ reliquijs: ꝛ pia ſuper illud offerentiũ vota ſuſcipias: atq; hic poſtulatã tue miſeratiõis habũdantiã largiaris: qui viuis ꝛ regnas deus ꝑ oĩa ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amẽ

Tum pontifex benedicit populo ſolemniter dicens.

Sit nomẽ dñi benedictũ ꝛc.

Deinde ſi velit parat ſe ad celebrandum miſſam. Sed ſi celebrare noluerit: facit per aliquem ſacerdotẽ ſolẽniter miſſam celebrari. Introitus.



Dum ſanctificatus fuero in



vo bis cõgregabo vos de



diuerſis ter ris et effũ



dam ſuꝑ vos aquã mundaȝ



et mũdabimini ab omnib⁹



inquinamẽtis ve ſtris. ꝛ da



bo vobis ſpiritũ no uũ.



℣. Benedicã dominũ in omĩ



tẽpore: ſemꝑ laus ei⁹ in ore



meo· Gloria patri· Oratio·

Deus qui dixiſti: domus mea dom⁹ oratiõis vocabit̃· domũ iſtam infideliuʒ ſpurcitijs cõtaminatã: mundare et ſanctificare digneris: ⁊ omniũ preces et vota hoc ĩ loco ad te clamantiũ clementer exaudias ⁊ benigne ſuſcipias· Per dominũ ⁊c· Lectio libri Apocalypſis beati Johãnis Apoſtoli·

In dieb⁹ illis· Venit angelus ⁊ locut⁹ eſt mecuʒ dicens· Veni oſtendã tibi ſponſam agni: ⁊ ſuſtulit me ĩ ſpiritu in montẽ magnũ ⁊ altũ: et oſtendit mihi ciuitatẽ ſanctã Hieruſalẽ: deſcendentẽ de celo: habentẽ claritatẽ dei: ⁊ lumen ei⁹ ſimile lapide p̃cioſo: tãq̃ʒ lapidis iaſpidis: et ſicut criſtalluʒ: ⁊ habebat murum magnũ ⁊ altum: habentẽ portas duodecim: ⁊ in portis angelos duodecim: ⁊ noĩa ſcripta: que ſũt noĩa duodecim tribuũ filiorũ Iſrael: ab oriente porte tres: et ab auſtro porte tres· ⁊ murũ ciuitatis habentem fundamẽta duodecim: ⁊ in ipſis· xij· noĩa apoſtolorũ ⁊ agni: ⁊ qui loquebat̃ mecũ: habebat menſurã arundineã auream: vt metiret̃ ciuitatẽ: ⁊ portas eius: ⁊ murum· ⁊ ciuitas in quadro poſita eſt: ⁊ lõgitudo eius tanta eſt: quãta eſt latitudo: ⁊ altitudo: ⁊ mẽſus eſt ciuitatẽ de arũdine: p̱ ſtadia· xij· milia· longitudo ⁊ latitudo ⁊ altitudo eius eq̃lia ſunt: ⁊ menſus eſt muros eius· Centũquadragintaquatuor cubitoꝝ: mẽſura hominis que eſt angeli· ⁊ erat ſtructura muri ei⁹ ex lapide iaſpide· Ipſa vo ciuitas auro mũdo ſimile vitro mũdo· Fũdamenta muri ciuitatis oĩ lapide p̃cioſo ornata· Fundamẽtum primum Jaſpis· Secundum Saphirus· Tertiũ Calcidonius· Quartũ Smaragdus· Quintuʒ ſardoni⁹· Sextum ſardius· Septimũ criſolitus· Octauũ berill⁹· Nonuʒ topazi⁹· Decimũ criſopaſſus Undecimũ iacinct⁹· Duodecimũ ametiſt⁹· Et duodecim porte· xij· margarite ſunt per ſingulas: ⁊ ſingule porte erãt ex ſingulis margaritis· ⁊ platea ciuitatis auro mũdo tãq̃ʒ vitrũ lucid:im: et templũ nõ vidi ĩ ea· Dominus enĩ deus omniporẽs templũ illius eſt ⁊ agnus· Hec ciuitas nõ eget ſole neqʒ luna vt luceant ĩ ea: nam claritas dei illuminat eã

⁊ lucerna ei⁹ eſt agnus: ⁊ am-
bulabunt gentes ſuper lumē
eius: ⁊ reges terre afferēt glo
riam ſuam ⁊ honorem in illā:
⁊ porte eius nō claudentur ꝑ
diem. Nox enim nō erit in ea.
⁊ afferent gloriam et honorez
gentiū in illam. Nō introibit
in eam aliquid coinquinatuz
et faciens abhominationem
⁊ mendacium: niſi qui ſcripti
ſunt in libro vite ⁊ agni.

Graduale.



Locus i ſte a deo fa ctus



eſt ineſtimabi le ſacra



men tū ⁊ irrep̄henſibilis



eſt. ℣. Deus cui a ſtat



angeloꝝ chorus exau-



di pre ces ſeruo rū tuo-



rum. Al le luia.



℣. Adorabo ad tēplū ſanctuz



tu um et confitebor no-



mini tu o. Alle lu ia.



℣. Be ne fūda ta eſt do



mus domini ſupra fir mā



pe tram.

Secundū Lucam.

In illo tempore: Egreſſus Jeſus ꝑambulabat Hierico: ⁊ ecce vir nomine zacheus et hic erat princeps publicanorum ⁊ ipſe diues: et querebat videre Jeſum quis eſſet: ⁊ non poterat pre turba: q̄ ſtatura puſillus erat. Et precurrens aſcendit in arborem Sichomorū: vt videret illuz: q̄ inde erat tranſiturus. ⁊ cū veniſſet ad locuz: ſuſpiciens Jeſus vidit illum: ⁊ dixit ad eū: zachee feſtinans deſcende: q̄ hodie ī domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcendit: ⁊ excepit illum gaudens. Et cum viderēt omnes murmurabant dicentes: q̄ ad hominem peccatorem diuertiſſet. Stans autem zacheus dixit ad Jeſum. Ecce dimidium bonorum meorū do pauperibus: ⁊ ſiquid aliquez defraudaui reddo quadrupluz. Ait Jeſus ad eum: quia hodie ſalus huic domui facta ē: eo q̄ ⁊ ipſe filius ſit Abrahe. venit enim filius hominis querere ⁊ ſaluū facere quod perierat.

Offertorium.



Domine de us in ſimpli-



cita te cordis me i letus



ob tuli vniuer ſa et po pu



lum tuū qui repertus eſt vi-



di cū ingenti gau di o de-



us iſ rabel cuſtodi hāc



volūtatem domīe de us

Secreta.

Hec hoſtia queſumus domine: ⁊ locum iſtum ab omnibꝰ ī munditijs expurget: ⁊ ſupplicatiōes noſtras ſemꝑ ⁊ vbiqʒ reddat tibi acceptas. Per dominū ⁊c.

Cōmunio.




Poſt cōmunio.

Percipientes domine munera ſalutis eterne: ſupplices exoramus: vt templuꝫ hoc ꝛ cimiterium: infidelium inquinamētis emundatū: benedictione tua maneat ſanctificatum: ꝛ pectora noſtra ab omni ſorde vitiorū alienata: tibi deuota ſemper exiſtant.

Per dominū noſtrū ꝛc.

¶ De reconciliatione Cimiterij per ſe ſine Eccleſie reconciliatione.

Uando Cimiteriuꝫ benedictum violatum ſeu pollutum ſepatū ſit ab eccleſia: et ꝓpterea cimiterio violato ſeu polluto eccleſia ipſa nō habeatur pro violata vel polluta. reconciliatio cimiterij fieri poterit quocunqꝫ die hoc ordine. In mane diei qua recōciliatio fieri debebit. parant̄ in medio cimiterij faldiſtorium pro pontifice: ꝛ vas aque mūde bn̄dicende: ꝛ vas ſalis. deinde hora cōuenienti pōtifex indutus in ſacriſtia aut alio cōueniēti loco. Amictu: alba: cingulo: ſtola: pluuiali albi coloris ꝛ mitra ſimplici: baculum paſtoralem in manu tenens: accedit ad mediū cimiterij: vbi ſupra faldiſtoriū ornatū ꝓcūbit: ꝛ cantores ibidem incipiūt et ꝓſequunt̄ Letaniaꝫ. quā require ſupra in ordinatiōe Subdiaconi. in qua cū dictū fuerit.

Ut obſequiuꝫ ſeruitutis noſtre tibi ratiōabile facias. Te rogamus audi nos. Pōtifex ſurgit cū mitra: ꝛ baculū paſtoralem in manu ſiniſtra tenēs: ꝓducit ſignuꝫ crucis ſu-

per cimiterium dicens·
Ut hoc cimiteriũ recõci✠liare digneris· ℟ Te rogamus audi nos· Scđo dicit
Ut hoc cimiteriũ reconci✠liare et ſancti ✠ ficare digneris· ℟ Te rogamꝰ audi nos·
Tertio dicit·
Ut hoc cimiteriũ reconci✠liare: ſancti ✠ ficare: ⁊ cõſe✠crare dignerꝭ· ℟ Te ro· audi nos· Quibꝰ dictis põtifex iterũ ſup faldiſtoꝛiũ ꝓcũbit cãtoꝛibꝰ Letaniã ꝑficientibꝰ· q̃ finita ſurgit põtifex ab accubitu ⁊ benedicit ibi aquã ſimpliciter ꝓut habeť ſup̄ in bñdictione ⁊ ĩpoſitiõe pꝛimarij lapidis ꝓ eccleſia edificãda· Quo facto pontifex in eodẽ loco ſtans ſine mitra ĩchoat ſcola ꝓſequente antiphonã·













Miſerere mei deꝰ: ſm magnam miſericoꝛdiaꝫ tuã· Et diciť totꝰ ſine Gloꝛia p̄ri· Incepta añã pontifex mitraꝫ accipit: ⁊ dum añã ⁊ p̄s· p̄dicti dicunť: circuit totuꝫ cimiteriũ: incipiens ad eiꝰ dextrã: aſpergens ſemp̄ vbiqꝫ aquaꝫ benedictã cũ aſperſoꝛio: ⁊ potiſſime ĩ loco vbi pollutio vł violatio cõmiſſa eſt· Quo ꝑacto redit ad locum vbi Letania dicta fuit· Finito p̄s· p̄dicto: ⁊ cimiterio vndiqꝫ aſperſo pontifex ſtans ante faldiſtoꝛiũ ſuũ depoſita mitra dicit Oꝛemus· et miniſtri· Flectamus genua: Leuate·

Omnipotẽs ⁊ miſericoꝛs deꝰ: qui ſacerdotibꝰ tuiſ tantã pꝛe ceteris gratiã cõtuliſti: vt quicq̄d in tuo nomĩe digne ꝑfecteqꝫ ab eis agitur: a te fieri credať: q̄s ĩmenſam clementiã tuã: vt quicq̄d modo viſitaturi ſumꝰ viſites: et quicq̄d benedicturi ſumꝰ bñdicas: ſitqꝫ ad noſtre humilitatis introitũ: ſanctoꝝ tuoꝝ meritis fuga demonũ: et angeli pacis igreſſus· Per xp̄m dominũ noſtrum· ℟ Amen·

Alia oɼo· Oꝛem⁹· miniſtri di cunt· Flectam⁹ genua Leuate

Aufer a nobis queſumus dñe cũctas iniqtates noſtras: vt ad ſãcta ſanctoꝝ puris mereamur mẽtib⁹ introire· Per xp̄m dñm noſtrũ· ℟· Amen· Alia oꝛatio· Oꝛemus· miniſtri dicunt· Flectam⁹ genua: Leuate·

Domine pie qui agrum figuli p̄cio ſanguinis tui in ſepulturã peregrinoꝛũ cõparari voluiſti: queſum⁹ dignanter reminiſcere clementiſſimi huius myſterij tui· tu es enĩ dñe figul⁹ noſter· tu quietis noſtre ager· tu agri huiuſ es preciũ· tu dediſti etiã ⁊ ſuſcepiſti· tu de p̄cio ⁊ in precio tui viuifici ſanguis nos quieſcere feciſti ⁊ donaſti· tu ergo dñe qui es offenſiõis noſtre clemẽtiſſimus indultoꝛ: expectatiſſimus iudicatoꝛ· iudicij tui ſuperhabundantiſſimus miſeratoꝛ· iudicium tue iuſte ſeueritatis abſcondens poſt miſerationem tue pie redemptiõis adeſto exauditoꝛ ⁊ effectoꝛ noſtre recõciliationis· hocq̄ʒ cimiteriũ mauſeolum peregrinoꝛũ tuoꝛũ· celeſtis patrie incolatũ expectantium· benignus purifica ⁊ reconcilia: ⁊ hic tumulatoꝛũ et tumulandoꝝ coꝛpoꝛa· de potẽtia ⁊ pietate tue reſurrectionis· ad gloꝛiam incoꝛruptionis nõ damnans ſed gloꝛificans reſuſcita· Qui vẽturus es iudicare viuos ⁊ moꝛtuoſ ⁊ ſeculum per ignẽ· ℟· Amen

His dictis pontifex ſtans in loco pꝛedicto dat benedictionem ſolemnẽ populo dicens

Sit nomen domini benedictum ⁊c̄· Tum redit ad ſacriſtiam aut alium locuʒ in quo paramenta accipit: vbi depoſitis ſacr⁊ veſtib⁹ vadit ĩ pace

## ¶ De patene ⁊ Calicis conſecratione·

Pontifex ad cõſecrationem Calicis: vel cuiuſlibet indumẽti ſeu oꝛnamenti eccleſiaſtici pꝛocedere volens· debet ſemꝑ oꝛarium ſiue ſtolam circa colluʒ habere: ⁊ mitram tenere poterit vbi cõuenit· Quandocũq̄ʒ enĩ epiſcopalia agit: epiſcopalib⁹ nõ ſacerdotalibus debet eſſe paramentis oꝛnatus· omnium quoq̄ʒ mobiliũ benedictiões huiuſmodi poſſunt fieri vbi põtifici placuerit: ⁊ omni die In patene igiẗ conſecratione pꝛo qua paranduʒ eſt ſanctũ chꝛiſma ⁊ vas aque benedicte cum aſperſoꝛio põtifex ſtãs cum mitra dicit·

¶Benedictio Patene. ℣.
Adiutoriū nr̄m ī noīe dn̄i ℟.
Qui fecit celum ⁊ terram.
Oremus fratres dilectiſſi
mi: vt diuine gratie bn̄
dictio conſecret ⁊ ſanctificet
hanc patenā ad cōfringendū
in ea corpus dn̄i noſtri Jeſu
xp̄i: qui crucis paſſionē ſuſti
nuit ꝑ ſalute omniū noſtrū.
Tum depoſita mitra dicit ℣.
Dominus vobiſcum. ℟.
Et cū ſpiritu tuo. Oremus.
Omnipotens ſempiterne
deus: qui legaliū inſti
tutor es hoſtiaꝝ: quiqȝ inter
eas conſperſam ſimilaginem
deferri in patenis aureis ⁊ ar
genteis ad altare tuū iuſſiſti:
bene ✠ dicere: cōſe ✠ crare: ⁊
ſancti ✠ ficare digneriſ hanc
patenā: in adminiſtrationeȝ
euchariſtie Jeſu xp̄i filij tui:
qui ꝓ noſtra omniūqȝ ſalute
ſeipſum tibi deo patri in pa
tibulo crucis elegit īmolari:
ac tecum viuit ⁊ regnat ī vni
tate ſpirit⁹ ſancti de⁹: per oīa
ſecula ſeculorum. ℟. Amen.
Tum pontifex accepta mitra
facit cū pollice dextre manuſ
chriſmate intincto crucē ſuꝑ
patenā ab ora in oram: ⁊ mox
linit ⁊ pungit totā eius ſuꝑ
ficiē cū ipſo pollice dicens.
Conſe ✠ crare ⁊ ſancti ✠
ficare dignare dn̄e de⁹
hanc patenam per iſtam vn
ctionem ⁊ noſtraȝ bene ✠ di
ctionem Jn xp̄o Jeſu dn̄o no
ſtro: qui tecū viuit ⁊ regnat ī
vnitate ſpirit⁹ ſancti deus: ꝑ
oīa ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amen.
Deinde ſtans adhuc cum mi
tra procedit ad benedictionē
Calicis dicens.
Oremus dilectiſſimi frēs
vt de⁹ ⁊ dn̄s noſter cali
cem hūc in vſum ſui miniſte
rij conſecrandū: celeſtis gra
tie inſpiratione ſanctificet: et
ei ad humanā conſecrationeȝ
plenitudineȝ diuini fauoris
accōmodet. Per xp̄m domi
nū noſtrum. Tum depoſita
mitra dicit. ℣.
Dominus vobiſcum. ℟.
Et cū ſpiritu tuo. Oremus.
Dignare dn̄e deus noſter
calicē iſtuȝ bene ✠ dice
re: in vſum miniſterij tui pia
famulat⁹ deuotiōe formatū:
et ea ſancti ✠ ficatiōe ꝑfūde:
qua Melchiſedech famłi tui
ſacratuȝ calicē ꝑfudiſti: ⁊ qđ
arte vel metalli natura effici
nō poteſt: altaribus tuis di
gnum fiat: tua bene ✠ dictio
ne ſanctificatū. Per xp̄m do
minū noſtrū. ℟. Amen. Dein
de accepta mitra facit cruceȝ
cum pollice dextre manuſ de
chriſmate intra ipſuȝ calicē: a
labio ei⁹ in labiū: ⁊ mox linit